




**Johannis Garcæi D. Summi Pontificis Veteris et Novi  
Testamenti Collatio. : Cui addita est commonefactio De Arca  
Foederis. In fine inueniet Lector Catalogum Summorum  
Sacerdotum.**

<https://hdl.handle.net/1874/422580>



# Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

## Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.  
**154**  
U.B.U.









151


anū. v. ei autē itē dātur dilō  
dīm dūtīcōm illī lōḡ. Cela-  
rē hodie uide arbitriarent  
tp̄ns q̄ntatē i dūci as q̄cedā  
pali. ulē medīz s̄. tere and.  
q̄b; d̄. u. q. u. spaciū z G. e.  
auroē dilacōm dare. s̄. illas  
impectū arīs cāis tūnūna  
tōa u. tīa danda n̄ ē n̄ cāu  
z. orōne. quēmīali dant due  
ari teb; amdice sedente pro  
cā cogmita deplano u. rei  
dilōne iudicis offīm q̄estīc  
pg. s̄. de ap. signitē. Itē indī d̄  
uicendā. iusta. de colo pro  
p. Item potest facere graciā  
uit cāa medium.


no suffiat mitte. et  
qd̄. n̄ḡum p̄lī. q̄mu  
tī. c. cūm dilcā. quis  
v. de h. z. s̄. q̄ meū o  
adūsanō nech̄et. v.  
pliāc̄. q̄stānū. illū.  
ad h. tēnē. excep. n. n.  
q̄. gnālī. et si scien̄tī  
z. f̄. desideriū. d̄. ib; c  
tare uideatur. ar. g. z.  
mobilē. et ita ad ca  
ppōitū. p̄tēt. sic s̄a  
p̄tō publica. s̄. utilia  
m̄. fūss̄. ad illū. ter  
hēbit. i. ancī. testis̄.  
candi. tonūm. s̄. de  
uocandi. tomū. qui

Theologia E

Octavo n°. 154.

卷之三





N.3. C

Iohannis Garcæi D.

S V M M I  
P O N T I F I C I S  
V E T E R I S E T  
N O V I T E S T A -  
M E N T I  
*Collatio.*

Cui addita est commonefatio

D E A R C A F O E D E R I S.

In fine inueniet Lector Catalogum Sum-  
morum Sacerdotum.



15

Ex domo. Hub.  
Sügeli.

85.

L I P S I A E  
Excudebat Georgius Desnerus



**Fixa** mihi in solo est constans fiducia CHRISTO,  
Quo sine peccati nil nisi massa sumus.  
**Fixus** & ex bumeris saluantis pendo CHRISTI,  
Qui pro me patiens de CRUCE pendet homo.  
**Mecu**a fine carens bonitas, mellita voluntas  
Fraternusq; tuus CHRISTE redemit amor.  
**Tu** me false leuas, tu sotem crimine soluis.  
**Tu** regni heredem me facis esse tui.  
**Mors** tua sola mihi vita est, victoria, regnum,  
Labe mea morior, sanguine viuo tuo.  
**Viuo** tibi, moriarq; tibi, tibi denique viuam,  
Te quia iustifica CHRISTE prehendo fidei.

Johannes Stigel.

M A G N I F I C O  
V I R O , P I E T A T E ,  
D O C T R I N A E T V I R T U -  
T I B V S O M N I S G E N E R I S E X -  
c e l l e n t i s s i m o , D o m i n o L A M B E R T O  
D I S T E L M B I E R O , i . v . D O C T O -  
R I , & d o m u s B r a n d e b u r g i a c æ C a n c e l -  
l a r i o , & M e c c e n a t i s u o i n p e -  
r e t u u m r e u e r e n t e r c o -  
l e n d o , s a l u t e m  
p r a c a t u r

I O H A N N E S G A R C A B V S .



Elebris est in Ecclesia  
Psalmus centesimus de-  
cimus , cum ob multas  
alias causas , tum inpri-  
mis propter quæstio-  
nē , quā Phariseis , vipe-  
ris venenatissimis pro-  
ponit Dominus , Matt . 22 . Cap . Hic enim  
Spiritus sanctus per regium Prophetam  
admodum memorabile vaticinium in-  
culcat pijs mentibus , ad declarandam  
promissionem de venturo Messia & semi-  
ne mulieris contrituro caput Draconis ,  
quo dubio procul simul respexit ad pecu-

A 2 liarem

liarem illam Davidi traditam de Christo  
vero Salomone 2. Regum 7. 1. Paral. 17.  
Docet vates ille in hac pulcherrima nar-  
ratione Psalmi, quis sit Messias ille, de  
quo audiuimus vocem aeterni Patris, Ego cro-  
ei in Patrem, & ipse erit mihi in Filium, &  
misericordiam meam non auferam ab eo,  
sicut abstuli ab eo, qui ante te fuit, sed  
constituam eum in domo mea, & in regno  
meo usque in sempiternum, & thronus  
eius erit firmus in perpetuum. Monet &  
hoc, Redemptorem generis humani, ve-  
rum Iehonam, natum ex semine ipsius se-  
cundum carnem, Regem esse potentissi-  
mum, sedentem ad dexteram Domini, vel  
pari potentia regnare, qui exhibitus in  
temporis plenitudine in arce Sionia o-  
stensurus sit sese generi humano, & do-  
ctrinā Euangelij in omnes gentes sparsu-  
rus sit, quae id testatur, quod mirando cō-  
filio per sacrificium nostri sumi Pontifi-  
cis satisfactū sit iusticiæ iræ diuinæ, & per  
hunc Sacerdotem, cuius sit aeternum Re-  
gnum & Sacerdotiū, benedictio Abrahæ  
promissa communicetur omnib. creden-  
tibus, qui lætū Euangelij velut rorem cœ-  
lestem, læta mente accipiunt & imbibunt:  
Dixit Dominus, inquit Psaltes, Domino  
meo, sede ad dexteram meam, donec po-  
nam inimicostuos scabellum pedū tuo-  
rum.

rum. Quasi dicat: O quam magnum hoc  
est mysterium, quod post lapsum generis  
humani ingruentib. pœnis secundæ mor-  
tis statim pro nobis deprecatus, & sup-  
plex factus est Patri Dominus noster Ie-  
sus Christus, ac propter ipsius intercessio-  
nem decretum Euangelicū immensa  
DEI sapientia & inexhausta misericordia  
factum est de destructione regni Satanæ,  
per hunc meum Dominum, qui natura  
non tantum est homo natus ex virgine,  
sed verè Filius Dei λόγος æterni Patris, qui  
ad hoc mittetur in carnem, & hominis  
formam assumet, ut peccatum aboleat  
sua sanctissima passione & effusione pre-  
ciosissimi sanguinis, mortem, omniaq;  
opera Diaboli in nobis destruat, hinc  
exaltans caput in lata resurrectione exal-  
tatus supra omnes creaturas, victor Dra-  
conis in perpetuum regnet, & Ecclesiam  
sancto cruro redemptam sibi colligat,  
huic donet & reddat iusticiam & vitam  
æternam, hanc defendat & gubernet,  
eamq; ex morte resuscitet. Hoc stupen-  
dum opus reconciliationis per hunc  
Principem vitæ, statim in paradyso pate-  
factum est, & per vocem Euangelij perpe-  
tuo sonantem in Ecclesia, quæ velut Sym-  
bolo discernitur hac voce à gentibus, in-  
notescit omnibus, quæ sit via salutis, ac

**c**onsilium illud D*e* i de donatione vita  
æternæ gratuita per & propter hunc Do-  
minum, semel decretum & prolatum, est  
ratum & immotum, ac iuramento con-  
firmatum hac ratione, ut hinc verè & re-  
ctè pia mens statuat, nos propter hunc  
Messiam, ipsius merito & efficacia recipi,  
& donari iusticia & vita æterna.

At dices fortassis, inquit David, vbi  
est quærendus hic meus Dominus? Mox  
respondet, sedet ad dexteram patris, id  
est, regnat cum Patre Messias, diuina po-  
tentia, & cum ipso, nullis alligatus vincu-  
lis, eandem habet societatem potentiae &  
honoris. Non enim regnum ipsius est  
politicum, sed spirituale ac potenti suo  
brachio liberat Ecclesiam, nō ex seruitute  
Ægyptiaca, sed ex captiuitate Diabolica,  
& ex summis extremis malis, peccato, &  
morte æterna. Cum n. nulla Creatura ex  
faucib. Draconis genus humanum extra-  
herc posset, hic solus per quem ad ima-  
ginem D*e* i conditi sumus, factus est no-  
ster liberator, & placuit D*e* o, per hunc  
Dominum positum ad dexteram Patris  
domari Satanam, & pedibus ipsius subijci  
omnes nostros hostes, malaqz omnia  
aboleri, quæ à Diabolo, peccato, morte,  
& inferorum doloribus proficiscuntur.  
Etsi vero hic Dominus ab omni æternita-  
te, quam

te, quam nulla temporis circumscriptio  
metitur, Patri fuit æqualis: tamen in re-  
surrectione & ascensione triumphali,  
etiam humana ipsius natura exaltabitur  
supra omnes Creaturas, potentia & ma-  
iestate sua excellens omnes Angelos, col-  
liget sibi per ministerium verbi æternam  
Ecclesiam, hanc defendet contra rabiem  
Diabolorum, contra Tyrannos & hære-  
ticos, multaque potenter agens id demon-  
strabit recipiens se in cœlum, vt loquitur  
Augustinus, se esse Iudicem viuorum &  
mortuorum, puniet impios & hostes ve-  
ritatis, vt constet perpetuo, sibi vero Deo  
& homini datam esse potestatem in cœlo  
& terra, ac se ideo sedere ad dexteram  
Patris, vt munere sumi sacerdotis funga-  
tur, oret pro nobis æternum Patrem, effi-  
cax sit voce Euangelij, remittat peccata  
omnibus creditibus, exaudiat nostra  
suspiria, protegat nos, mitiget pœnas,  
iuuet & saluet inuocantes.

Hic meus Dominus emittet virgam  
virtutis suæ ex Zion. Instituit. n. D E V S  
pulcherrimam Academiam & bibliothé-  
cam diuinarum patefactionum in politia  
Israëlitica, in primis propter Messiam vt  
certo in loco hominum cernatur oculis  
& audiatur, inchoët regnum æternum,  
doceat, edat testimonia suæ doctrinæ, fiat

victima , resurgat ex morte , ostendat re-  
surrectionis suæ ~~terrena~~ , triumphum  
agat , & inde Euangelium sive sceptrum  
rectitudinis ex arce Sionia in totum or-  
bem ad omnes gentes mittat & propa-  
get . Ac perfecto illo opere mirifico re-  
conciliationis , arx mea Sionia , schola no-  
stra , totaq; politia Istrælitica impletis se-  
tuaginta hebdomadib . Danieli reuelatis  
concidet , vt rudera & cineres dicant te-  
stimonium , exhibitum esse Messiam ,  
quem stante Sion audiri necesse est , nec  
non hoc testentur , Messiam ad hoc mis-  
sum esse , non ad constituendum regnum  
politicum , sed vt bona æterna restituat , ac  
evidens extet exemplum iræ D e i seue-  
rissimæ , aduersus omnes , qui hunc Chri-  
stum Domini contemnunt & contumelia  
afficiunt . Etsi vero multi potentes & sa-  
pientes , etiam inter meos posteros , ma-  
gninominis Reges , huic Domino aduer-  
sabuntur , & calcaneum Christi venenato  
mortu basilisci affliget serpēs , vt Gene . 3.  
prædictum est : tamen exiunt aliqui , qui re-  
uerenter hunc Dominum excipient , do-  
minabitur ipse inter inimicos , ac poten-  
tia sua diuina erit vîctor , florente Eccle-  
sia , cuius corpus seruabit , deletis Tyrannis  
& fanaticis Doctotibus . Hic cœtus  
piorum , Regi huic obtemperans , fide vin-  
cens

cens omnes illecebras & terriculamenta  
impia , populus est spontaneus oblationis,  
semper .n. manebit Ecclesia, seumen  
longæum videbit hic Rex , semper erit  
agmen aliquod, illius populi , quod sine  
gladio & violentacoactione subiicit se se  
Domino , sine simulatione,morositate &  
fastidio , verbo colligentur & vocabun-  
tar ad purpureum vexillum huius Regis ,  
lato corde violenter incorruptam Euangeliij  
vocem amplectentur , sponte etiam  
in spiritu & veritate fiducia huius Regis  
& Pontificis siue Mediatoris inuocabunt  
& celebribut Deum. Ipsi etiam in cultib.  
exhibendis & salutarib. actionibus, duce  
& adiutori Spiritu sancto, prælucente vo-  
ce Euangeliij, spontanea præstabut obœ-  
dientiam huic Regi, in ipsis quoque af-  
flictionibus sine fremitu constanter ex-  
pectabunt liberationem, ac fortitudinem  
suam velut milites in sua statione , animo  
præsenti,fide declarabunt. Talem Eccle-  
siam populi spontanei , per ministerium  
suum Principum emissis Apostolis ,  
colliget sibi Rex noster non tantum in  
Iudea , sed post impetratam victoriam ,  
expugnatis portis inferorum , morte su-  
perata , & persoluto precio pro genere  
humano , ex toto orbe terrarum excer-  
pentur aliqui , qui ipsius victoria serua-

buntur , & hæreditatem æternæ salutis  
consequentur. Et hi ornamenti sanctissi-  
mis siue sacerdotalibus donati , offerent  
huic Regis spontaneas oblationes in vesti-  
tu sacerdotali. Vt .n. sacerdotes nostri  
Leuitici , auro , argento , gemmis & seri-  
co ornati sunt : Ita hic populus acquisi-  
tus sanguine & potentia huius Regis , erit  
genus electum , regium sacerdotium , gens  
sancta , ipsius peculium , & exornabitur  
aurea chlamyde donorū Spiritus sancti ,  
vt offerre possit hostias viuas , sanctas , pla-  
centes D e o λογικὴ λατερία , & virtutes  
eius annuncientur , qui nos ex tenebris  
vocavit in admirandam lucem. Hic Mes-  
sias modo præternaturali , commota cœli  
& terræ machina , ex utero virginis velut  
lilium conuallium fine vlo veneno pecca-  
ti nascetur , miranda conceptione velut  
ex guttulis purissimi roris , facta indisso-  
lubili vnione & hypostatica copulatione  
diuinæ & humanæ naturæ , ac imago co-  
terna Patris , immenso amore nostri de-  
scendet ad nos miserrimos , vt ipsius san-  
guine velut Rore viuificemur & regene-  
remur , Non .n. ex generatione carnali ,  
sed regeneratione spirituali nascuntur il-  
li quibus ipse potestatem Filiorum D e i  
tribuit , ac vt Ros non est hominis opus ,  
sed donum D e i , qui crassiores terræ ha-  
bitus

litus pondere inhibitos suo ac depresso  
ne eleuentur altius, mitiore frigore co-  
git in liquorem roridum, vere & æstate:  
Ita per Euangelium, quod cœleste est do-  
num, prolatum ex sinu Patris verendi,  
Spiritum sanctum & sacramenta corda  
nostra refingit, ut velut rōte cœlesti re-  
creentur & vigorem concipient ac pro-  
ferant certos fructus placentes D e o.

Hinc O R A C V L O , de Rege venturo,  
& ipsius Regno, affirmans ex inspiratione  
Spiritus sancti, Messiam diuina poten-  
tia regnaturum esse, monstrans simul ini-  
tia regni, vbi se patefacturus sit, & quales  
sit habiturus subditos, addit descriptio-  
nen S A C E R D O T I I Domini nostri ma-  
gna cum asseueratione: Iuravit D o m i-  
n u s , & non pœnitabit eum, Tu es sacer-  
dos in æternum, secundum ordinem  
Melchisedech. Quasi dicat: Cōstitutus est  
ad hoc Redemptor generis humani,  
quem Dominum meum esse agnosco, &  
fateor, non tantum vt sit Rex noster &  
triumphator, sed vt sacerdos, non Leuiti-  
cus seu Typicus, proprium suum sanguinem  
effundens, vnicā oblatione, ingressus  
sanctum sanctorū, sanctificet credentes.  
Ac vbi in monte Sionio exhibebitur hic  
Messias & agnus ille paschalis mactabi-  
tur, in ara crucis thymiamata offeret pro-  
prij

prij sui Corporis hic Pontifex, Typicum  
sacerdotium concidet, quod certi tantu  
erat temporis, & perpetuum inchoabit  
ipse non ministerio Leuitico, sed secun  
dum ordinē Melchisedech. Sicut .n. Mel  
chisedech benedixit Abrahā, Typico si  
ue Leuitico sacerdote tantum offerente  
sacrificia, pingentes certis Ceremonijs  
Christi meritoram hostiam, quibus vi  
mis pecudum D e i ira atrocissima pla  
cari, nec tolli peccatum & mors, nec iu  
sticia & vita æterna reddi potuit: Ita hi  
Messias offert verum sacrificium in cor  
pore carnis suæ, placans iram D e i, bene  
dicit nobis omnibus, factus pro nobis  
maledictum, id est, annunciat & dona  
nobis remissionem peccatorum, estq; su  
mul per hanc benedictionem efficax, re  
stituens in nobis iusticiam & vitam æter  
nam, colligens, liberans & custodient  
Ecclesiam, ut in omni æternitate cum ip  
so D e v m celebret: Hoc ministerium  
huius Melchisedæi Pontificis erit æter  
num. Ipse .n. statim ab initio deprecatus  
est pro genere humano, mox post lapsum  
& lapsos restituit, orat pro eis, annunc  
at eis promissionem de semine, ac su  
tempore offeret sese, & semper pro tota  
Ecclesia intercedet, quæ postea cum æter  
nus sit Rex & sacerdos, cum eo viget in  
omnibus

omni æternitate. Cum .n. Sacerdos sit  
æternus, cœtum habebit perpetuum, cuius  
sit Pontifex, & adducet in latâ mortuo-  
rum resurrectione hunc Cœtum ad æter-  
num Patrem, in quo ipse inchoator &  
rogator erit gratiarum actionis & lau-  
dum. Ecclesia vocem eius sequetur, &  
æterna sapientia, læticia & vita, faciem  
D e i Patris intuens cum Angelis, perfun-  
detur. Etsi vero multi sapientes, nobiles  
& potentes huic Christo, qui infirma &  
stolida tantum huius mundi eligit, hosti-  
liter se opponent, horrendis furoribus  
prætexentes studium conseruandæ publi-  
cæ tranquillitatis: tamen impunè hanc  
fæuitiam non exercebunt illi. Hic .n. Mes-  
sias, regnans eadem potentia cum Patre,  
diuina sua maiestate percutiet Reges, &  
funditus euertet summa imperia, om-  
nesque Gygantes bellum inferentes cœlo,  
Diabulos & eorum organa, pugnantia  
cum Euangeliō & verbo eius extirpabit.  
Ipsius .n. dextræ, nulla humana potentia  
resistere potest, nec ullius Creaturæ ro-  
bur, ac licet aliquando differat pœnas,  
tamen in die iræ, tarditatem granitatem  
supplicij compensat: Quid meis accidet  
postoris in hac politia, contemnentibus  
hunc Regem & Pontificem? Iudicabit in-  
ter gentes, implebit cadaueribus, con-  
quafla-

quassabit caput multarum gentium, Ar-  
guet profecto per sceptrum Euangelijs  
ue ministerium Spiritus sancti, totum  
mundum, de peccato, iusticia & iudicio  
docebit penitentiam & remissionē pec-  
catorum. Conuersos saluabit & defendet  
aduersus Diaboli furores, ac contumace-  
& ingratos horribilibus penis opprimet.  
Nec tantū obscuros & ignobiles ad pœ-  
nam rapiet, sed etiam Monarchas, qu  
sunt capita multarum gentium, ac poten-  
tes potenter tormenta patientur, lapis  
sine manibus à monte auulsus, reliqua  
statuarum siue regnorum conteret. Quil  
etiam inde constabit regnum & sacer-  
dotium nostri Messiae esse spirituale.  
Ipse enim velut viator & exul in hac vi-  
descendens in infimas terræ partes, for-  
mam serui assumens, habitu inuentus  
homo in ministerio suo sacerdotij, an-  
glorificationem, miserrima & tristi specie  
in ara pendens crucifixus, patietur, & mo-  
rietur, sed in morte non manebit, sed glo-  
riosè regnabit excitatus à mortuis. Ne  
tantum bibet aut gustabit aliquid ex cal-  
ce. vt alij homines, sed de TORRENTI  
bibet, id est, non gustabit leues affliccio-  
nes, diluvio iræ diuinæ opprimetur, ex-  
hauriet omnes partes miseriarum, mi-  
gno torrente ignis consumentis effusio  
ipsius

ipsum, sustinebit horrendam iram D e i,  
mortemq; pro genere humano, & pro-  
positus erit omnibus telis Diaboli &  
mundi, ac tandem indignissima nece affi-  
cietur. Sed post mirandum hoc sacrificiu-  
m, inenarrabili sapientia D e i ordinata-  
tum, ipse Caput exaltabit, id est, diuina  
potentia ipse ex Morte resurget, ipsius  
passio & mors tragica & ignominiosissi-  
ma, erit transitus ad Patrem & migratio  
in æternam gloriam. Ac propter hanc ip-  
sam humilitatem & obœdientiam, huma-  
na ipsius natura supra omnes creatureas  
exaltabitur, habens potestatem non tan-  
tum ponendi animam, sed & recipiendi  
eam, ut Dominus ipse affirmat Iohan. 10.  
Cap.

De hoc Psalmo nunc hoc anni tem-  
pore cogitans, & repetens quædam de  
sacerdotio veteris & noui Testamenti,  
sæpe mihi in mentem venit, quod hic ca-  
nit vates de Christo, eum esse Pontificem  
æternū secundum ordinem Melchisedech.  
PRIMVM. n. IV R A M E N T O utitur in  
asseueratione illa de sacerdotio nouo, ne  
dubitemus de voluntate D e i erga nos,  
quam hic noster Pontifex voce Euangelij  
reuelauit hominibus. Etsi vero D e o di-  
centi & asseueranti, sine illa tergiuersa-  
tione credendum sit, etiam cum nulla ad-  
dita

dita sunt iuramenta : Ita multo magis  
constanter ipsius innitendum est pater-  
nis promissionibus , cum his annexat  
iusurandum , ut hinc statuamus , promis-  
siones gratiæ nobis esse ratas , & per hunc  
summum nostrum Pontificem , D E V M  
velle nos recipere in gratiam , remittere  
peccata , reddere iusticiam & vitam æter-  
nam , Hanc esse D E I voluntatem , veram  
& immutam , evidenter ex Iuramento  
colligi potest . Et quidem hoc ipsum op-  
ponendum est tentationi de indignitate .  
Cum n. non solum promittat , sed etiam  
iuret , quod per hunc summum sacerdo-  
tem nobis placatus esse velit , vincenda  
sunt Satanae tela de magnitudine delicto-  
rum , & huius Sacerdotis dignitas & iu-  
sticia meritoria , opponenda est nostris  
Iordibus & infirmitati quantumvis ma-  
gnæ , omnibusq; modis vitandæ sunt blas-  
phemæ Monachorum opiniones , qui pu-  
blicis decretis D E V M arguunt mendacij  
& dubitandum esse docent , de remissio-  
ne peccatorum . His furoribus aduersa-  
tur hic Iuramentum , nostri causa editum  
vt dubitationibus reluctemur , fide vincam-  
us , & acquiescamus in Christo Media-  
tore , propter quem certum est , omnes  
agentes pœnitentiam , recipi à D E O &  
exaudiri . Nec somniandum est , aliani

D E I

Dei esse voluntatem, dissentientem ab  
hac reuelata in promissionibus iuramen-  
to ob signatis, sed firmiter tenenda est sa-  
luti nostræ ancora, & statuendum, ne-  
quaquam inanem sonitum esse promis-  
siones diuinæ, quæ certè eam ipsam ob-  
causam editæ & iuramento confirmatæ  
sunt, ut eis assentiamur, & Deus suam  
debitam gloriam veritatis & misericor-  
dæ tribuamus, ac dubitationi repugne-  
mus, petentes incrementa fidei per Spi-  
ritum sanctum, sicut ille docet, qui cla-  
mat, Credo Domine, sed opem fer diffi-  
dentiæ meæ.

SECUNDO, tribuit Propheta dulcis-  
simum nomen S A C E R D O T I S nostro  
Regi. Est .n. Messias noster illa persona,  
immediatè missa à Deo ad annuncian-  
dum Euangelium, & proferendum ex si-  
nu æterni Patris, ac missa ad offerendum  
sacrificium, vt persoluta pœna pro nobis,  
placaretur ira Dei, & assiduè orans pro  
nobis, ac habens testimoniū quod exau-  
diatur, conseruans Ministerium Euange-  
lij in Ecclesia, ac perpetuo colligens Ec-  
clesiam voce Euangelij, & benedicens se-  
cundum ordinem Melchisedech, dans re-  
missionem peccatorum, Spiritum san-  
ctum, & vitam æternam. Hæc descriptio  
summi Sacerdotis tantum congruit F I-

LIO D E I. Ipse enim statim in Paradiso patefecit post lapsum hominis promissionem , de semine mulieris contrituro caput Draconis. Vnde & λόγος , verbum & orator æterni Patris dicitur , per quem ipse arcanum decretum de reconciliacione generis humani reuelauit, vt in Iohanne dicitur : F I L I V S qui est in sinu Patris , ipse enarravit nobis. Et in Esaiascriptum est cap.61. Ad annunciatum afflatis misit me , vt medear contritis corde. Propter hunc Pontificem , & per eum immediate semper collecta est Ecclesia , & viuificata dato Spiritu sancto , protecta & seruata, quod & Iacob fatetur Patriarcha: Angelus, inquit, qui eripuit me ex cunctis malis, benedicat pueris istis. Hic .n. An gelum dici ipsum F I L I V M D E I, missum ad redemptionem & benedictionem, dubium non est. Ipse etiam proprium sacrificium obtulit, ad placandam D E I iram, ut ipsius obœdientia & humiliatio , vsque ad resurrectionem, sit λύση sine precium redemptoris pro nostris peccatis , de quo in Esaiascriptum est Cap. 53. Quia ponet animam suam hostiam pro peccato , videbit semen longæuum. Et Apostolus ait : De peccato damnavit peccatum. Item, Traditus est propter delicta nostra, Item, Voluntate ipsius sanctificati sumus,

per

per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et Baptista ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

De ipsis Intercessione, nota est ardentissima precatio Iohannis 17. in qua simul fit applicatio sacrificij pro nobis, admodum solennibus verbis. Ipse n. semper viuit, vt intercedat pro nobis, ac sedet ad dextrā aeterni Patris, vt interpellet pro nobis, & in extremo agone offerens sua thymiamata, dicit, Ego me pro eis sanctifico, siue offero, addit & hoc: Oro non pro eis tantum, sed pro credituris per verbū eorum. Item, Pater volo, vt vbi ego sum, & illi mecum sint. Item, Serua eos in nomine tuo, vt vnum sint in nobis. Hæc Precatio, de qua Esaias vaticinatus est cap. 53. Pro transgressoribus orat, recita ta ante agonem & in agone, quæ perpetua vox est Mediatoris omni tempore, semper in conspectu esse debet pijs mentibus. Et hunc Deprecatorem certo ex audit aeternus Pater, cum habeat promissionem, quod ipsis preces placeant Deo. Ad Ebræos .n. Capite quinto dicitur, quod cum clamore valido & lachrimis offerens, exauditus sit propter suam obedientiam. Ac ipse Pater clamat: Hic est Filius meus dilectus, quo delector. Item, Postula a me, & dabo tibi gentes

hæreditatem tuam. Item, Ecce seruus  
meus, sustentabo eū, & electus meus, quo  
delectatur anima mea. Item, Voluntas  
Domini in manu eius dirigetur. O dul-  
cissima promissio, qua non tantum id af-  
seueratur, quod hic Messias perfecturus  
sit liberationem generis humani ad quam  
mittitur, sed & hoc exprimitur, quod  
D e o grata futura sint omnia, quæ hic  
agit Messias, & fieri petit. Talem igitur  
habentes Pontificem, ad thronum gratiæ  
cum fiducia accedamus, nostræq; suspiria  
adiungamus ad efficacissimas preces Ie-  
su Christi, qui ipse dicit in Iohanne: Quic-  
quid petieritis Patrem in nomine meo,  
faciet.

TER T I O , accuratè expendenda est  
particula æternitatis, Tu es sacerdos, in-  
quit Dauid, in æternum, Hæc n. mani-  
festum est testimonium, de duabus natu-  
ris in Christo. Cum n. Sacerdos sit &  
Mediator inter D e v m & homines, non  
tantum in eo natura est humana, iuxta re-  
gulam ad Ebræos traditam, Omnis Pon-  
tifex ex hominibus assumitur, sed & natu-  
ra verus est D e v s , cum sit æternus Sa-  
cerdos. In hanc sententiam præclare dixit  
D. Chrysostomus: Nec homo tantum es-  
se Mediator potuisset, Quia cum D e o  
Mediatorem colloqui oportebat. Item,

D. Am-

D. Ambrosius ait : FILIUS DEI as-  
sumpta carne, homo natus est, vt Media-  
tor DEI & hominum, homo esset Iesus  
Christus, id est, non sine diuinitate, Quia  
in DEO homo erat, & Deus in homine,  
vt ex utroque esset Mediator, & utrum-  
que reconciliaret. Hic aeternus Pontifex  
& intercessor noster, natus est ex Maria  
virgine, in temporis plenitudine, sine vi-  
lo peccato, conceptus ex Spiritu sancto,  
gigas geminæ substantiæ, cuius egressus  
est a diebus aeternitatis, sine virili enim  
semine, in usitato modo & more genera-  
tionis humanæ, cōceptus & natus est ille,  
qui venit, vt nos a peccato redimeret, &  
verè semen Abrahæ benedictum, nobis  
benedictionem conferret, id est, libera-  
ret nos a peccato & poenis secundæ mor-  
tis, Etsi vero hic Sacerdos aeternus, aūtēp  
exoluens, mortem subiit, & requiescen-  
te natura diuina obdormiuit in cruce,  
potenti morti obtemperans, vt nostram  
deglutiret mortem, & in somnum sua-  
uissimum conuerteret : tamen in morte  
manere non potuit, sed solutis doloribus  
mortis, vt Petrus ait, reuixit tertia die, &  
postea visibili magno cum triumpho af-  
cendit in cœlum & fungitur aeterni Regis  
& Sacerdotis munere. Talis n. hostia re-  
quirebatur, vt Vigilius ait, Martyr ille,

quæ ita media esset inter Deum & homines, vt & morti succumberet per illud quod hominis habebat, & mortem viniceret, eo quod diuinitatem in se tenebat. Verè etiam æternus dicitur Pontifex ratione beneficiorum. Ipse .n. æterna beneficia nobis communicat, videlicet, remissionem peccatorum, iusticiam, renouationem per Spiritum sanctum, & resuscitationem ad gloriam & vitam sempiternam. Eadem clausula testimonium est de stabilitate Ecclesiæ, & ministerij huius Sacerdotis. Persona est æterna. Cœtus igitur ille extingui non potest, in quo ipse Sacerdotio fungitur, semper deprecatur pro genere humano, lapsos restituit, orat pro eis, annunciat eis promissionem de semine, & assidue sibi colligit & custodit Ecclesiam, ac pro ea intercedit, quæ cum eo in omni æternitate victura est. Hanc n. perpetuus noster sacerdos, à mortuis exicitatam, sponsam suam carissimam, ad æternum Patrem adducet, stabit in ornatu sacerdotali coram eo stipatus suo cœtu, veræ Ecclesiæ membris, eritque ḡ<sup>η</sup> inchoator gratiarum actionis & laudum, & Ecclesia vocem eius sequetur, ac ab hoc Doctore æterna diuina sapientia perfundetur. Cumque hic solus noster sit Pontifex, & intercessor, valeant deliria  
Papista-

Papistarum, qui Sanctos inuocant tanquam Mediatores, & hunc honorem Pontificis summi, ipsi soli debitum, hominibus mortuis, qui nesciunt nos, ascribunt. Hic n. magnus vniuersæ Ecclesiæ Pontifex est, vt Eusebius grauiter dixit, Iesvs vnigenitus D[omi]n[u]s, bene frangantem odorem, & incruentas & incorporeas hostias precum ab omnibus læto vultu, solus accipiens, cœlesti Patri & Deo omnium Creaturarum offert, primus ipse adorans, & solus Patri dignum tribuens honorem. Vnde & Augustinus dicit: Filius stat ad deprecandum pro nobis, & sedet ad iudicandum. Hic igitur Dominus & Pontifex noster inuocandus est & cum Patre & Spiritu sancto, vt Deus dator bonorum, & vt Mediator vnicus missus & intercedens, pro genere humano.

QVARTO, illustre discrimen tradit Typici sacerdotij, & huius veri sacerdotij Messiae. Nominat. n. eum non tantum Sacerdotem, in æternum, sed & Pontificem secundum ordinem Melchisedech. Quasi dicat, Messias noster non erit Sacerdos Leuiticus aut Typicus, non mactabit penes, non Ceremonias Legis tractabit, non sonabit vocem condemnationis, nec vlla erit ipsius efficacia, qualis est nostri

sacerdotis: sed erit sacerdos sonans benedictionem, placabit iram D E I, & verus Melchisedech siue Rex iusticiæ, benedicet non tantum semen Abrahæ, sed omnes gentes siue totum genus humanum, annuncians & donans nobis remissionem peccatorum. Et hæc est efficacissima benedictio, restituens in nobis iusticiam & vitam æternam, colligens, custodiens & liberans Ecclesiam, vt in omni æternitate, cum ipso D E V M celebret.

De Melchisedech nota est Historia, Fuit hic filius Noæ S E M, gubernator Ecclesiæ in illo oppido, quod postea dictum est Ierusalem, & à Sodomis non plus octo nostris abfuit milliaribus, vidiit hic excellens Heros ante diluuium, & primordia generis humani, à certissimis testibus Noha, Mathusalem & Henoch audiuit. Post diluuium rexit Ecclesiam annos quingentos, & post Abrahæ mortem vixit annos triginta quinque, vt esset testis & custos veræ doctrinæ, Hunc præstantem virum, pietate, sapientia, & iusticia, & ætate non tantum, antecelluisse omnibus hominibus eius temporis certissimum est, cum disertè sacerdos D E I altissimi dicatur, siue custos veræ doctrinæ de D E O & monstrator verorum cultuum. Hic occurrit Abrahamo redeunti ex prælio,

lio, profligato hostium exercitu, ciuibus  
Sodomorū liberatis, & saluis in patriam  
reductis, exceptit eum benigne, pauit ip-  
sum, totumq; exercitum, vt in textu dici-  
tur, protulit panem & vinum. Ac dulcissi-  
mis verbis promisit ei fauorem & auxi-  
lium D E I: inquiens, Benedictus Abra-  
ham D E O excuso, qui creauit cœlum &  
terram, & benedictus D E V S excelsus,  
quo protegente hostes sunt in manibus  
tuis. Quasi dicat: O quam tu habes pro-  
picium D E V M, tu vinum es membrum  
Ecclesiæ D E I, te reget & proteget D E V S,  
tu es iustus & hæres vitæ æternæ. Hac be-  
nedictione confirmatum esse Abraham  
dubium non est, & simul egerunt gratias  
D E O vero pro conseruatione Ecclesiæ  
& defensione piorum. Ac veniat hic no-  
bis in mentem, quam pulchra tunc Ec-  
clesiæ fuerit societas, quam dulcis consen-  
sus in doctrina veræ Religionis, quanta  
hospitalitas & communicatio officiorum,  
vt & nos hoc exemplo admoniti, quæra-  
mus consociationem Ecclesiæ, tueamur  
consensum doctrinæ, communi inuoca-  
tione, & confessione, mutua beneuolen-  
tia & officijs, vt vnum simus in D E O, nec  
dilacerationum quæramus occasions.  
Hanc historiam, quæ in Genesi prolixè  
exponitur Cap. 14. hic interpretatur

Propheta, cum Christum vocat Sacerdotem Melchisedæum non Aaronicum. Aaronis .n. illud sacerdotium, fuit Typicum, non tollebat peccatum & mortem, non offerebat veram victimam, non reddebat iusticiam & vitam æternam, non viuificabat , nec sanctificabat. At huius Messiaæ sacerdotium erit æternum, offrebat veram hostiam piacularem, tollet peccatum & mortem, reddet iusticiam æternam , viuificabit & sanctificabit omnes credentes in perpetuum , semper etiam aderit Ecclesiæ suæ , semper colliget & proteget Ecclesiam , ac postea in omni æternitate cum sua Ecclesia æternum patrem celebrabit.

Hanc allegoriam venustissimè ad Christum accommodat epistola ad Ebraeos septimo capite, & illustri prosopographia nouem proprietates congruentes Messiaæ , sumptas ex persona Melchisedech ei attribuit , vt hinc constet, quis sit ordo in hoc sacerdotio , & quomodo veritas Typo congruat. PRIMVM .n. nomen vrget Melchisedech , & interpretatur sanctus Apostolus , quod rex iusticie dictus sit. Cum .n. cæteri Reges Tyrannicè suis imperarunt subditis,hic Rex Salem timens DEVM , in imperio & regno iusticiam seruavit & coluit. Deinde iusti nomi-

nomine etiam ob hanc causam ornatus  
fuit, quod doctor illius Ecclesiæ ante &  
post diluvium præcipuus eandem iusti-  
ciam, quam nos, professus est, Hominem  
iustificari gratis per D e i gratiam, sine  
villis nostris meritis, sola fide, propter se-  
men mulieris, sive contritorem capit is  
Draconitici. Hoc pulchrum nomen soli  
Christo vero D e o & homini optimè  
congruit. Ipse .n. iustus est & Rex iusticiæ,  
non solum ratione diuinæ naturæ ab  
æterno, verum etiam secundum huma-  
nam naturam, in qua Legi diuinæ inte-  
gram obœdientiam usque ad mortem  
crucis præstítit perfectissimè, omnibus  
etiam credentibus suam iusticiam com-  
municans, quæ cum ipsis imputatur, co-  
ram D e o sunt iusti, & donati Spiritu  
sancto ad vitam æternam sanctificantur.

SECVNDO, ex loco instituit collatio-  
nem, Melchisedech .n. nomen accepit Sa-  
lem à domicilio & pacifica gubernatio-  
ne, Pacis in regno, non turbarum fuit  
studiosus, & de vera pace erudit homi-  
nes, nimirum nos fide in promissum se-  
men iustificatos, pacem consequi, remit-  
tinobis iniquitates, tegi peccatum, & nos  
donari vita æterna. Hæc appellatio rectè  
etiam Christo tribuitur. Huius .n. inter-  
cessione æternam pacem cum D e o Pa-  
tre

tre consequuntur credentes , de qua  
Rom. 5. scriptum est , iustificati ex fide,  
pacem habemus cum Deo , per Domi-  
num nostrum Iesum Christum.

T E R T I O , dictus est Sacerdos Dei  
altissimi. Ipse .n. solus fere inter propha-  
nas gentes , cum sua familia , verum Deum  
cultum retinuit , obtulit sacrificia , & in  
spiritu & veritate inuocauit verum Deum  
v. m. Hic titulus quoque optimè congruit  
Domino nostro Iesu Christo , qui ex sinu  
Patris prodiens , verus Pontifex , verbum  
Euangelij nobis annunciauit , intercedit  
pro Ecclesia , ac semel seipsum obtulit ho-  
stiam , in odorem suavitatis Deo æterno  
Patri.

Q V A R T O , regia liberalitas , qua  
Abrahamum redeuntem ex prælio , ad-  
modū munifico conuiuio excipit Melchi-  
sedech , significat , Christum Regem libe-  
ralissimè refocillare omnes agentes pœ-  
nitentiam , profligato Diabolo & morti-  
ficata carne , ac defessos in pugna contra  
peccatum & mortem resiccare non solum  
spirituali sui corporis & sanguinis com-  
municatione , per Verbum , sed etiam  
corundem Sacramentis , cuius Elementa  
sunt panis & vinum , Sed hæc recreatio  
quam commemorat Moses , nequaquam  
patrocinatur sacrificio Missæ , vt postea  
monebimus .

Q V I N-

**Q V I N T O**, Quemadmodum Melchisedech benedixit Abrahæ, & bene precando promisit ipsi auxilium D E I, annuncians simul per promissiones gratuitas Euangelij siue propter semen benedictum, remissionem peccatorum, quam ille vir sanctus accipit fide: Ita Christus nobis communicat benedictionem, promittens gratis iusticiam & vitæ æternæ beneficia, ac per & propter ipsum recipimus in gratiam, sanctificamur, donamur Spiritu sancto & cœlesti beatitudine. Hæc n. benedictio, est verè ipsa Euangelij administratio, quæ complectitur promissionem gratiæ, est ipsa annuntiatio remissionis peccatorum & æternæ iusticiæ, ac concionatur nobis de voluntate D E I remittentis peccata, & auxilio diuino.

**S E X T O**, vt Melchisedech decimas accepit ab Abrahamo, quas sua sponte promisit & contulit, secutus dubio prout morem victorum, qui decimas de spolijs suis vel dijs consecrare, vel Sacerdotibus conferre solebant: Ita cum infinita, æterna siue cœlestia in nos dona conferat hic Rex Salem ex mera bonitate, non tantum decimæ vicissim grata mente reddendæ sunt, sed **omnia etiam nostra** ad

ad ipsius laudem cultu siue sacrificio rationali conferre debemus.

SEPTIMO, Ut Melchisedech fuit sine patre & matre, quo ad hominum cognitionem, cum eius Genealogia nusquam expressa sit in sacris literis, singulari Dei consilio, ut nimirum Typus veritatem adumbraret: Ita Christus, si dinam respicis naturam, fuit sine matre, ratione æternæ generationis. Ineffabiliter modo genitus est à Patre, quem nemo mortalium nec angelorum enarrare potest. Sic Ratione humanæ naturæ fuit sine Patre, conceptus de Spiritu sancto, natus ex purissima virgine Maria, sine virilis mente, Vnde Tertullianus ait: Sicut nondum natus ex virgine, Patrem Deum habere potuit sine virgine matre: Ita cum de virgine nasceretur, potuit matrem habere hominem, sine homine Patre.

OCTAVO, Vrget in hac collatione similitudinem, cum dicit de hoc Rege, quod assimilatus sit siue Typum gesserit Messiae nostri Pontificis, de quo antea monuimus, & postremo loco inculcat nobis æternitatem Sacerdotij. Nullibi id legitur, quo tempore mortuus sit, vel alteri suum tradiderit Sacerdotium. Ita Christus sors manet æternus Sacerdos, qui carens principio & fine, autor & dona

donator est iusticiæ perpetuæ, non solum  
merito sed etiam efficacia, sanguine suo  
redemptos exaudiens, reputans iustos &  
viuificans. De hac allegoria & singulis  
membris legenda est epistola ad Ebraeos.

Hac historia & collatione abutuntur  
Pontificij, Missæ patroni, citantes exem-  
plum Melchisedech, & affirmant eum ob-  
tulisse panem & vinum, ac Christum si-  
mili ratione in vltima Cœna non tantum  
panem & vinum, sed & sub speciebus pa-  
nis & vini, corpus & sanguinem suum ob-  
tulisse, vt figuram veritas impleret, sed  
hic ipse locus ad Ebraeos, enarrans arti-  
ficiose totum Psalmum 110. non obscu-  
re declarat qua in re potissimum collatio-  
nstituta sit. Conferuntur n. non vt sacri-  
ficuli Homerici, sed vt Doctores præ-  
stantissimi, qui munus maledicendi Le-  
uitis relinquentes, Euangelium de bene-  
dictione cœlesti & diuina hominibus  
proponunt. Hoc præcipuum est mem-  
brum collationis, in qua si quis omnia  
similia esse contendat, vehementer errat.  
Deinde & hoc manifestum est, quod Mo-  
ses non dicat de Melchisedech, vt vetus  
habet translatio, quod panem & vinum  
obtulerit hic Sacerdos altissimi, sed vta-  
tur verbo, quod simpliciter depromere  
sive producere significat, ac ita reddidit  
candem

eandem vocem Chaldæus paraphrastes  
nec non Græci interpretes. Est & hoc ma-  
nifestum , de pane & vino , seu prolate  
seu oblato prorsus nihil dicere Aposto-  
lum. Quare in eo similitudinis ratio , pre-  
Missæ patrocinio , quærenda non est , sed  
id potius spectandum est diligenter , quo  
Christus æternus D e i Filius , verus Re-  
& Pontifex noster , in æternum viuens , re-  
gat suam Ecclesiam , doceat nos , recon-  
ciliet & intercedat apud Patrem , ac so-  
lus nostra iusticia , vnica oblatione san-  
ficarit credentes. Quare toto pectore de-  
testandus est furor & amentia sacrificulo-  
rum , qui in Missa Theatrica denuo cru-  
cifigentes Christum , honorē Mediatoris  
ad se transferunt , & oblatione sua ex op-  
re operato , fingunt placari iratū D e i M .  
ac tolli pœnas scelerum , cum præsentes  
tum æternas. O horrenda blasphemia in-  
sanguinem Iesu Christi , & impudètissima  
fingendi tale somnium extrema temer-  
tas , qua nihil audacius excogitari potest.  
Quid quæso magis obruit & obscurat  
amplissima & meritoria Christi munera  
quam hæc Idolatria & blasphemia obla-  
tio ? Cum .n. solus Christus molem pec-  
catorum in se derinuarit , solus etiam xvi.  
Iesop in cruce pro nobis persoluerit , exclau-  
mans , Consummatū est , quam impium el-  
quæso

quæso, sacrificulis sumnum & maximum  
honorem Mediatoris & deprecatoris tri-  
buere, & somniare, quod propter opus  
Sacerdotis detur remissio peccatorum,  
Ac necesse est vnumquenque propria fide  
accipere remissionem peccatorum, seu li-  
berari à peccato, iuxta dictum, Iustus fi-  
de sua viuet. Non igitur alienum opus  
quicquam nobis confert ad remissionem,  
sed propria fide , à singulis , beneficia  
Christi apprehendenda sunt. Et hæc sana  
fides iustorum , tantum vno Christi sa-  
crificio innititur, quo ipse se Patri ob-  
tulit & pro nobis factus est victima.

Missam & hoc argumento confirma-  
re student illi colentes Deum Maozim,  
de quo Daniel vaticinatus est. In Lege  
erant quotidiana sacrificia , quæ siebant  
pro alijs. Quare in nouo testamento tale  
quotidianum seu iuge sacrificium esse de-  
bet, quod sacrificuli offerant pro Eccle-  
sia, scilicet per Missam. Citatur etiam lo-  
cus Epistolæ ad Ebræos cap. 5. Omnis  
Pontifex ex hominibus assumptus , pro  
hominibus constituitur, in his quæ sunt  
apud Deum, vt offerat dona & sacrificia  
pro peccatis. Inde colligunt illi , Ergo  
cum in nouo Testamento sint Sacerdo-  
tes, sacrificium quoque pro peccatis offe-  
rendum est. Hac ratiocinatione multi ho-

C      mines

mines decipiuntur, somniantes, quærendam esse similitudinem rituum in nouo Testamento, congruentem cum ritibus Leuiticis, & in nouo fœdere retinendum esse Ceremoniale sacrificium, quale fuit in Lege Mosaica. Vera autem hæc est responsio, In veteri Testamento omnes externi ritus, seu Ceremoniæ sacrificiorum, tantum vmbra seu Typi fuerunt rerum exhibendarum in nouo, ut Apostolus testatur ad Colossentes, Quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Non igitur valet argumentum, In Lege fuerunt externæ Ceremoniæ sacrificiorum, Quare & in nouo Testamento similes Ceremonias esse oportet, quæ sint sacrificia. Non n. similitudo rituum quærenda est, sed res significata illis Typis in Lege quæ nunc exhibita est in Euangeliō. Accum nouum Testamentum non sit talis externa politia, qualis erat Mosaica, sed afferat ipsas res, quæ illis Leuiticis Ceremonijs significabantur, ritus illi Legales ad nos prorsus non spectant. Notum est & hoc, quod sacrificijs expiatorijs pro peccato significata sit in Lege mors Christi, quæ est unicum sacrificium, oblatum pro genere humano, tollens peccata, unica hostia, propter quam Deus placatur, hoc Dei agno tollente peccata mundi, Ipsius

Ipsius sacrificium tantum est propiciato-  
rium siue tale opus est, quod pro alijs fa-  
ctum placat Deum, & meretur remissio-  
nem peccatorū. Nec aliud est propiciato-  
rium, vlo tempore aut vlla ætate, Huius  
vnus Pontificis sola est hæc gloria, quod  
oblatione vnica, satisfecerit pro omni-  
um peccatis, & D<sup>e</sup>o reconciliarit genus  
humanum. Etsi vero in Lege quædam sa-  
crificia dicebantur propiciatoria: tamen  
hæc non merebantur condonationem  
peccatorum, nec erant vere propiciato-  
ria, sed Typitatum cum essent venturæ  
victimæ, hoc nomine exornabantur,  
Hinc & illud sequitur, quod oblatio Pa-  
pistica in Missa aut Cœna Domini, non sit  
sacrificio, quod aut facienti mereatur  
remissionem peccatorum, aut sit appli-  
candum pro alijs, cum mors Christi sola  
sit expiatio delictorum. Ac licet Patres  
Cœnam sæpe vocarunt sacrificium Eucha-  
risticum: tamen id non senserunt, Missam  
esse opus, quod ex opere operato culpæ &  
pœnæ mereatur remissionem, sed de gra-  
tiarum actione, seu memoria sacrificij &  
mortis Christi locuti sunt. Et vocat scri-  
ptura Eucharistica illa sacrificia, quæ non  
merentur reconciliationem alijs, sed fi-  
unt à reconciliatis, vt grati D<sup>e</sup>o hono-  
rem debitum præstemus, & profiteamur.

C 2      hunc

hunc quem inuocamus , esse D E V M ve-  
rum, saluatorem & liberatorem. Dictum  
quoque Epistolæ ad Ebræos , tantum re-  
ferendum est ad vnicum nostrum Ponti-  
ficem Christum. De illo .n. solo loquitur  
Apostolus, Omnes igitur pij, Missam , in  
qua manifesta & multiplex est idolatria  
detestentur, & vt rem abominandam fu-  
giant & execrentur , constanter defen-  
dant honorem nostri Pontificis , crebre  
& reuerenter vtantur Cœna Domini  
Eucharistica , quæ cibus est fidei , & pi-  
gnus immortalitatis , ac distributo cor-  
pore & sanguine Domini viuifco vescen-  
tes confirmat de remissione peccato-  
rum, vt statuant sibi pignus æternæ salutis  
exhiberi, & testatur hoc Christus verax &  
omnipotens , nos ipsius esse membra , ac  
nos singulos in vero & legitimo vsu , pe-  
fidem ipsi insitos , pertinere beneficia , &  
nos sanguine F I L I I D E I ablutos & pu-  
rificatos esse ab omni peccato.

Cum vero admodum utile sit sacerdos  
peti & tenellis mentibus inculcari histo-  
riam & collationem summi Sacerdotii  
veteris & noui Testamenti , collegi huic  
doctrinæ membra præcipua hoc tempo-  
re , quo Ecclesia repetit memoriam  
sacrificio nostri Pontificis. Hanc narrati-  
onem mitto ad vestram Magnificentiam  
clarissimam

clarissime Vir & Mecœnas colende, cum  
vt præstanti magni iudicij & excellentis  
pietatis ac doctrinæ patrono declarem  
debitam animi gratitudinem, tum vt V.  
M. gustum aliquem præbeam illorum stu-  
diorum, quibus ad annos duodecim in  
his terris meo loco, pro concredito ta-  
lento, iuuentutem, ad cognitionem re-  
rum salutarium, excitare conatus sum.  
Ac cum id mihi constet, nihil magis gra-  
tum esse V. M. quam vt ad propagatio-  
nem veritatis & celebrationem diuinæ  
gloriæ, scholæ floreant, & in his sanitas  
puræ doctrinæ conseruetur, amanter oro,  
vt de mea voluntate & exercitijs, nec non  
scolasticis his laboribus fautor noster be-  
nignè iudicet, ac eo dirigat paterna con-  
silia, vt aliquando nostræ scholæ ratio-  
nem habeant pia munificentia, illi gu-  
bernatores, qui magnis opibus instrudi-  
sunt ex diuina liberalitate, vt & hinc vi-  
cissim ex officio beneficiendum sit Ec-  
clesijs & scholis. Bene valeat V. M. in

Christo Iesu. Scripsi ex noua arce  
Brenni, die æquinoctij verni,

Anno reparatæ  
salutis

---

M. D. LXXIII.

# Collatio S V M M I SACERDOTIS VETERIS ET NOVI TESTA- MENTI.



NE SAIA primo capite re-  
citur dulcissima sententia,  
& aurea promissio, his ver-  
bis: Si peccata vestra fuerint  
ut coccinum, & rubuerint  
ut vermiculus, tamen candidi  
eritis sicut nix, & velut lana  
alba erunt. Hoc dictum vere Euangelicum summi  
nostris Sacerdotis, congruens ad illud Matthaei vn-  
decimo, Venite ad me omnes, & amplissimam do-  
ctrinam & suauissimam consolationem completti-  
tur, ac saepe cogitandum est, imprimis hoc tempo-  
re, quo Ecclesia militans & triumphans memori-  
am celebrat sacrificij Domini nostri Iesu Christi,  
qui in cruce pendens, velut vermiculus coccineus, &  
contritus nostris afflictionibus, pro DEI Patris be-  
neplacito, nobis impetravit indumentum salutis,  
quod candore imputata & donata ipsius merito-

ria iusticiae, pulchritudine purpuram & candore  
niuem longè exuperat.

Dicit autem hic Redemptor noster, tantam  
esse totius generis humani deformitatem, ut pro-  
pter peccati sordes rei coram D E O aeternorum  
cruiciatum, similes simus coccino seu vermiculo  
purpure; ex cuius sanguine humor ille conficieba-  
tur olim ad tingendam lanam illam preciosam  
panni, cuius deinde usus erat maximus, in exornan-  
dis vestibus Regum & sumorum hominum, ac  
constat ex historijs, concidente Romani Imperij  
dignitate, simul purpuram amissam esse. Coccus  
vero Σαφική, granum est tinctorium, quod in Illice  
nascitur, non solum in Asia, sed etiam in Narbo-  
nenesi Gallia, Lusitania & Gracia, quod copiose  
colligebatur ad tinturam lanæ, ut colore sanguini-  
neo inficeretur. Hic κόκκος non sicut immediata  
coloris materia, verum vermiculus qui in Cocco  
cum maturuerat, nascebatur, immediata coloris  
sicut materia, Græcis σκωλήκιον, unde fortassis  
nostræ Germani nomen Schärach mutuari sunt,  
Arabes granum illud Chermes nominarunt, unde  
appellationem ortam esse Chermesini, credibile  
est. S. Ieronimus utramque rem in Leuitico sim-  
pliciter vermiculum interpretatus est.

De hac figurata sententia cum cogitamus,  
seria pœnitentia deploremus & agnoscamus mul-  
tiplices nostras sordes, ac in his nequaquam abiijcia-  
mus spem omnem curationis, sed vulneribus Chri-  
sti & precioso ipsius sanguine nos conspergamus, ut  
cum Davide, dextro Latrone super niuem dealbe-

mur. Quid queso aliud sumus coram D E O, peccatis  
cruentati, similes vermiculis pollutis & contri-  
tis, in tota vita, in omnibus miserijs & morte,  
vel Latronibus in ipsis supplicijs extremis, quorum  
singula membra contusa rotis & sanguine toto cor-  
pore cruento, conspersa sunt, quibus conuersis ad  
D E V M in vera conuersione, cum dextro Latro-  
vermiculum, mitigantur pœnae, si non prorsus tol-  
luntur, ut niuis candorem excuperemus? Annón Da-  
uid post lapsum, pulsus in exilium, similis est La-  
tronis, qui ad iustas abruptus pœnas, iusticia Legi  
bus deuinctus, in supplicio adeo est sanguine de-  
formatus, ut non sine horrore talem aliquis aspicere  
possit. Is cum agit pœnitentiam, tantus Rex &  
Propheta sanatur, absoluitur, & purpura Christi  
exhibendi vermiculi tintitus, ita recipitur in gra-  
tiam, ut deterso quasi cruore, candidus fiat sicut  
nix, de quo ipse ardentissimas dicit preces Psalmo  
primo & quinquagesimo.

Ad hanc dulcissimam promissionem, iura-  
mento obsignatam, Viuo ego nolo mortem peccato-  
ris, sed ut conuertatur & viuat, assidue recurre-  
mus, hinc sumamus fidei nostræ confirmationem  
& mitigationem pœnarum, ut in ira sua iustissi-  
ma, inexhausta misericordia paterna recordetur  
Dominus, & propter FILIVM nos ipsius san-  
guine purificatos, ab omnibus peccatis, in tanta im-  
mundicie & imbecillitate nostra, clementer nos  
miserrimos & impurissimos absoluat vermiculos,

& à sanguinibus siue Tragicis malis & eternis  
pœnis liberet.

De hac consolatione & vero vsu purpuræ, siue  
sanguinis purpurei & violacei, nihil nouit I V L I-  
V S Cæsar, & alij extra Ecclesiam, quantumuis  
sint excellentissimi & potentissimi Monarchæ.  
Sedet I V L I V S primus Monarchæ ultime Mo-  
narchia, in qua sub Augusto exhibitus est Messias,  
& expletis septuaginta hebdomadibus Danielis  
anno 18. Tiberij in ara crucis factus est vermis & nō  
homo, in sella aurea, dominatur orbi terrarum,  
veste coccinea indutus & exornatus splendidissime,  
sed mox coco similis est cum viginti tribus consos-  
sus vulneribus toto corpore cruentus, verè nihil  
aliud est, nisi teter vermiculus vel σκωλίκιον im-  
purissimum coram D E O & hominibus. Tales nos  
omnes natura sumus, primum Cocco similes, ac in  
ipsis pœnis, quas nostris attraximus peccatis, cruen-  
ti sumus vermiculi. Hanc nostram miseriam, de  
qua verbum D E I nos commonefacit tantum in  
Ecclesia, paucissimi homines agnoscunt aut pie co-  
gitant, multo minus ad Samaritanum, animæ no-  
stra peritisimum Medicum consugiunt, audiunt  
ipsum remedia proprij sui corporis exhibentem, qui  
omnes conuersos liberat, & promptissima volun-  
tate, gratis vanundatos, gratis redemptos, sine pli-  
lo nostro precio & merito curat & fidelissime sa-  
nat, sicut hic dicitur, Si conuertimini, eritis candi-  
di sicut nix.

Hic enim in ligno vite cruentus pendens, pro  
omnibus peccatoribus & propiciator totius mundi,

ad tollendum peccatum & maledictionem Legis,  
sit vermiculus, maledictum granum, ita quidem,  
ut in se pœnam deriuans, de qua ipse dicit, Ego sum  
vermis, seruet hominem, deleat peccatum & mor-  
tem, ac reuiuscens reddat nobis iusticiam & vi-  
tam aeternam, plenam lucis, qua longe candidior  
est nubes & lana albissima. Cumq; nos simus omnes,  
proh dolor, nimis cruenti, vulnerati & sanguino-  
lenti, oppressi velut Satanae mancipia doloribus &  
ærumnis innumerabilibus, totaq; massa nostra si-  
squalidissima, similis vermiculo cruento & laet-  
ro, hic noster M E D I C U S & unicus Sacerdos,  
massam assumpsit passibilem & mortalem, abq;  
omni peccato, in se nostrum transfluit Coccinum,  
inuoluit se se nostra massa, ( unde etiam Siloh sicut  
fœtus mulieris ab inuolucris cruenta & abominan-  
da pellicula, qua Græcis est χωριον, dictus est ) ut  
nos sanaremur, & loti ipsius cruore, noua candida  
& munda vestiremur ipsius massa, qua corpore  
glorificato, verus Deus & homo ex sepulchro pro-  
diit, eamque nobis communicabit, cum nos resusci-  
tatos donabit vita & leticia aeterna, ac nos ad  
Patrem adducet, eumq; nobis ostendet, ut ipsius  
luce & sapientia perfusi fulgeamus sicut nix, &  
candidi simus sicut lana alba, ut hic in Esaia dici-  
tur.

Hæc initio pias mentes de concione illa am-  
plissima F L I I D E I , monere voluimus, vt ver-  
dolore afficiamur propter peccata nostra, de peni-  
tentia, omni securitate Epicurea abiecta, agnosc-  
entes iram D E I , cogitemus mature, congeria-

mis oculos ad hunc Dominum aneo serpenti &  
Cocco similem, ad ipsum solum confugiamus, &  
ab hoc Medico petamus non tantum mitigationem  
penarum corporalium, sed omnium peccatorum  
nostrorum condonationem. Ac sicut ad sananda  
vulnera Cocco vtuntur Medici cum aceto: Itanos  
quoque vulneribus nostris, quæ aceto Legis arro-  
duntur, sanguinem coccineum Christi infunda-  
mus, vt pectora nostra sanentur. Oro igitur ar-  
dentibus votis, ô F I L I D E I, vt per & propter  
vulnera tua corda nostra flectas ad veram agni-  
tionem nostrarum sordium, vt ad te conuertamur,  
& obsignes in nobis consolationem hic propositam,  
quod pro nobis factus sis nōn nōc in cruce sanctissi-  
ma, peccatum & maledictum, vt redempti tuo  
precio, & reconciliati D E O, donemur iusticia &  
benedictione eterna, ac vt nos miseros vermiculos  
perpetuo serues & gubernes, etiam in ipsa morte,  
& ex puluere excitatos recipias in caelestem  
triumphantis Ecclesię Academiam, iuxta tuam  
promissionem, Cum exaltatus fuero, omnes tra-  
ham ad me.

Nunc ad hunc congressum afferimus grauiſſi-  
mam doctrinam, de summo nostro Sacerdote, Do-  
mino Iesu Christo, quam ita hoc tempore, aspiran-  
te feliciter diuina gratia proponemus, vt institua-  
tur collatio huius Sacerdotis summi in nouo Testa-  
mento, secundum ordinem Melchisedech, cum Sa-  
cerdotio Aaronico, siue politiæ Mosaicæ, in qua  
materia declaranda, pro vestra pietate & bene-  
volentia, pauca monētem, placide audiatis quæso.

Nota

Nota est autem historia ex Daniele capite  
nono, in qua commemoratur oraculum de periodo  
septuaginta hebdomadarum, sive quadringentu-  
m nonaginta annis, quibus elapsis, in ultima Mo-  
narchia, & plenitudine temporis expectandus sit  
Messias, semen mulieris, ut concludatur preuari-  
cacio, conficiatur peccatum, expietur iniuria,  
iusticia seculorum adducatur, impleatur Visio &  
Prophetia, & Sanctus sanctorum, vel sanctitas  
sanctitatum vngatur. Sicut autem sub vesperam  
exaudita precatione Propheta, Gabriel Archangelus  
mandato DEI emissus, nunciat & reuelat viro desi-  
derabili mysterii salutis nostra, magno cum gemitu  
& desiderio expectanti ac desideranti aduentu  
Messiae, & liberationem ex captiuitate Diabolica:  
Ita sub tempore vespertinum, quo primi parentes  
recepisti sunt in gratiam, & vox Euangelij reue-  
lata est in Paradiſo, in nouissimis diebus appa-  
re Dominus, & factus est sacrificium pro salute mun-  
& preco concionatus est, ante Christi aduentum  
536. annis, anno mundi 3426. ante annos  
2107.

Quid autem exhibet Messia futurum sit,  
qualis mutatio adhuc semel commoto cælo & ter-  
ra expectanda sit, & quanta beneficia per ipsum  
mundo communicet immundo clementissimus  
DEVS, optimo ordine exponit Angelus. PRIMI  
MO. loco affirmat, aduentu Messiae, per mortem  
& resurrectionem Domini, remittenda peccata,  
expianda & absoluenda totius mundi, ac varia  
nomi-

nomina tribuit peccato, cum vocet scelus vel rebellionem delictum & iniuriam, omnia peccata quocunque nomine vocentur, credentibus & agnoscientibus illa propter Christum remitti docet, quo ad culpam & paenam, ut non tantum sit remissum, sed etiam conclusum & constrictum quasi vinculis & catenis, ne dominetur aut regnet in hoc mortali corpore. Cum n. rebellionis peccatum, ortum ex Satanae morsu serpantino dominaretur, & vagaretur per universum mundum, ac nimis pertulanter, impudenter & præfractè peccantibus hominibus insultaret Satan ἐπιχαίρεσθαι, DEVS per FILIVM vnigenitum sibi coëssentialem, ad cohæcenda nostra sclera & destruendum opera Diaboli exhibuit, ac regno peccati, morti & Satanae, omnibusq; scelerum ministris & autoribus, etiam nos accusantibus de prævaricatione, conclusit in carcerem, ne regnet impudenter, & electos DEI accusare audeant, Rom. 8. & omnibus ex misericordia diuina, peccata condonantur, sicut Apostolus ait: Conclusit DEVS omnia sub peccatum, vt omnium misereatur.

Deinde quantum est hoc beneficium, quod non tantum peccatum per Christum concluditur & cohæceretur, sed etiam absimitur vel conficitur, contegitur, vel finem accipit. Cum n. ipse, qui non nouit peccatum, factus est peccatum siue piaculum, moriendo & patiendo, conficit peccatum, occidit & enervatum aboleuit, vt viribus amissis, fideles condemnare & occidere non possit, iuxta regulam, Nulla est condemnatio his, qui sunt in Christo. De hac

hic victoria, qua captiuam duxit captiuitatem,  
pulcherrime disseruit Apostolus Coloss. 2. Capite.

Tertio tribuit huic Domino, inuictissimo Sampsoni, expiationem peccatorum, siue propitiationem & satisfactionem. Ipse n. solus est devotissimus, piaculum, & obsequium, & sacrificium expiatorium ac placentorium pro peccatis totius mundi, & sanctissima Sacerdotali in corpore carnis sua victimam, satisfecit in cruce, pro culpa & pena omnium credentium, vicit peccati autorem Diabolum, morte calcata, & confractis portis inferorum, vitam reparauit omnibus fidelibus & consurgentibus ad ipsum, tollentem & gestantem unicum agnum DEI, totius mundi peccatum.

Quarto, restatur & hoc, fideliissimus ille Legatus, nos non tantum coram DEO, sanguine Christi purgari & emundari ab omni peccato, sed etiam iustificari & ornari ipsius Messia iusticia, de quo beneficio idem docet Apostolus, cum ait: Omnes sumus peccatores & destituimur gloria DEI. Iustificamur autem gratis, in fide, per Christum, siue operibus Legis, & hanc iusticiam seculorum, siue eternam vocat. Cum n. Filius DEI constitutus est a DEO Patre, redemptor esset generis humani, ipse perfectissime satisficens Legi, per fidem, seruus iustus iustificans multos noticia sui, omnibus communicat suam iusticiam, que ex gratia nobis imputatur. Et hanc quidem vocat iusticiam seculorum, siue omnium temporum, vel eternam. Quotquot n. ab exordio mundi sunt iustificati, hi sola fide in Iesum Christum,

sum per hunc Dominum, Regem & Sacerdotem  
nostrum consecuti sunt remissionem peccatorum,  
Eterna iusticia, id est, illa iusticia, quae aeterna bo-  
na assert &c. & cœlestia dona vita perpetua com-  
pletitur, gratuito beneficio donati sunt. Et de hac  
iusticia sempiterna Petrus exclamat, Huic omnes  
Propheta testimonium perhibent, & in Concilio  
pronunciat liberrimè Act. 15. Credimus nos per  
gratiam Domini Iesu Christi saluos futuros, sicut  
& illi saluati sunt. Omnes igitur peccatores, qui  
veram & aeternam hanc iusticiam, ad salutem ex-  
petunt, ad hunc Dominum fide respiciant, per  
quem unice sola fide iustificati sunt à seculo omnes  
sancti, hodie iustificantur, & in finem usque se-  
culi iustificabuntur, de quo consensus est pulcherri-  
mus duorum Cherubim, Prophetica & Apostolica  
doctrina.

Quinto, & hoc addit, quod exhibito hoc  
Principe vita & aeterna iusticia, Deus impletu-  
rus sit visiones & Prophetias, id est, omnia comple-  
turus sit, quae in Ceremonijs Leuiticis, visionibus &  
Prophetis oraculus annis 3962. ante Christum,  
prædicta sint. Christus n. durante Lege & Pro-  
phetis usque ad Iohannem, quem Legis finem vocat  
Apostolus, omnia ad amissum implevit, quae in Le-  
ge adumbrata sunt, & per Prophetas reuelauit  
Deus populo suo, per ipsum velut sigillo obsigna-  
uit omnes Typos & promissiones, ac veracem se-  
ostendit cessante umbra, presente iam veritate  
Christo, plenitudine Legis.

Postrea

Postremum est, quod addit Archangelus di  
unctione, sive ordinatione & inauguratione, sum  
mi nostri Sacerdotis, Sancti sanctorum, vel omnium  
Sanctissimi, vel consecrationis sanctuarij sanctissimi.  
Hic expresse vaticinatur de nostro summo Pontifi-  
ce & Rege, hunc abrogaturum Sacerdotium Aapo-  
nicum, & inchoaturum nouum Pontificatum  
in quo ipse summus Episcopus & sanctissimus om-  
nium, perpetuum officium administraturus sit, de-  
lectus a D E O ad hoc & consecratus oleo sanctissi-  
mo & laetitia, ut sit Sacerdos aeternus secundum or-  
dinem Melchisedech, Psalmo 110. Sicut n. in Li-  
ge Mosaica ex diuina constitutione Pontifices, Re-  
ges & Prophetae vngabantur & consecrabantur  
D E O, ut significaretur, sine unctione & gratia  
Spiritus sancti munus impositum a D E O imple-  
& administrari non posse, & adumbraretur Chri-  
stus verus Messias, ex cuius plenitudine vere San-  
ctorum omnes Messiaci consecraturi sint San-  
ctam unctionem, prafiguratam in omnibus unctioni.  
Ita summus & maximus Rex noster & Prophetae  
sanctus, purus & incontaminatus, accepit sanctam  
unctionem Regiam & Sacerdotalem, sine mensura,  
vt nos quoque vngat & perfundat oleo laetitia  
intercedat pro nobis, corpus & sanguinem offerat  
in aera crucis, appareat in conspectu D E I, ingre-  
diatur in sanctum sanctorum, ac sit hostia ac ex-  
piatio plenissima pro nostris peccatis, implens unctionem  
Legis.

Hac unctione Domini nostri Iesu Christi facta  
est a D E O Patre, per Spiritus sancti plenitu-  
dinem.

nem, non per Leuitam aliquem aut Prophetam, de  
qua Esaiæ 61. prædictio extat, quam repetit Do-  
minus Lucæ 4. Cap. vt & nobis Sacerdotalis di-  
gnitas communicetur, & donemur Spiritu sancto,  
ut spirituali chrismate vnci, vere simus Messiaci  
sue Christiani. Nec existimandam est, ad hoc mu-  
nis Ponificatus peruenisse Christum tum primum,  
cum impleta est in carne visio & Prophetia, stan-  
te Filio DEI in Iordanè, in publica visibili pom-  
pa facta inauguratione per Baptismum, sed dele-  
git ad hoc sanctissimum munus ipsum Messiam  
eternus Pater, statim in Paradiso, & hanc vna  
etionem promisit primis parentibus. Cum n. genus  
humanum in gratiam redire non posset sine Me-  
diatore & Intercessore, qui pro nobis offerret  
victimam, intercederet ad placandam iram  
DEI, ac docendo ex sinu eterni Patris reuelaret  
arcanum decretum reconciliationis, nec vlla esset  
Creatura, qua in tali munere iusticia & volunta-  
ti DEI satisfaceret, hunc nostrum Redemptorem  
delegit DEVIS, Filium unigenitum, vt ipse sit  
eternus noster Mediator & Pontifex, qui nos do-  
ceat, victimam offerat & intercedendo pro nobis  
eterni Sacerdotis munere perfungatur, sicut hic à  
Daniele prædictum & Typum in Sacerdotio Aaro-  
nico tanti mysterij usque ad Christi aduentum in  
Lege Ceremoniali notum esse voluit.

Completa igitur periodo fatali Imperiorum  
septuaginta hebdomadum, & ad finem decurren-  
tibus terminis annorum præfixis, cessauit visio &  
impleta est Prophetia, etiam de Sacerdotio summo

in veteri Testamento, & exhibitus est ille, de quo hi  
ramentum edidit D E V S in Paradiſo, ſape repre-  
titum & inculcatum promiſſionibus, additis pul-  
cherrimis Sacramentorum ſigillis, ac cum num-  
completa ſit viſio Aaronica & figura illa veteris  
Pontificatus, & nunc habeamus, ad dexteram eter-  
ni Patris, ſedentem in carne noſtra Pontificem il-  
lum magnum, qui caelos penetravit, Iesum Filium  
D E I, teneamus firmiter confeſſionem Catholican-  
de hoc noſtro Sacerdote, & vera fide ac qua dece-  
gratitudine, magnum noſtrum agnoscamus & ce-  
lebremus Epifcopum, qui noſtras partes agit in  
caelo aſidue apud Patrem, eumq[ue] reuerenter colo-  
mus, nec ab eo nos auelli patiamur vñquam vel co-  
gitatione præteriorum peccatorum, vel conſide-  
ratione praefentis infirmitatis, cum ipſe ſit Ponti-  
fex, qui noſtris potest compati infirmitatibus, &  
abſque peccato, iuxta ſimilitudinem per omnis-  
tentatus eſt.

Erat autem ſummus S A C E R D O S LE-  
VIT I C V S, præcipua perſona in tota politia Ju-  
daica, ex ſtemmate Aaronis, vel tribu Leui, al-  
hoc quidem sancto oleo confeſſata & ordinata, p[ro]i-  
ſemel in anno ingredereetur Sanctum Sanctorum  
præſeffet ſacris publicis, doceret, ſacrificaret, &  
oraret pro populo, & per totam vitam collegio Sa-  
cerdotum præſeffet, Ecclesiasticas cauſas tractaret  
& dijudicaret, nec non Magistratum politicum  
in rebus arduis iuuaret, que ſimul diuinam habe-  
bat promiſſionem, ex qua ſtatueret debebat certo in-  
uocantis & intercedentis pro populo gemitus &

vora sanctissima mandato diuino placere D E O &  
exaudiri, propter Christum venturum sanguinum  
sanctissimum.

Hoc totum Sacerdotium de tribu Leui sive  
Aaronis, cum omni cultu, erat & Ceremonijs,  
sicut tanquam umbra noui & aeterni Sacerdotij, in  
quo Christus est summus Sacerdos, & ad hanc di-  
gnitatem in Lege, delegit sibi Deus ipse personas, &  
vestitum prescrivit illarum totiusque munera ad-  
ministrationem, ut certis hominibus sacra publi-  
ca committerentur, & recte ac ordine admini-  
strarentur, simulque Aaronem & ipsius posterita-  
tem delegit, ut ad excellentiam tanti munera eue-  
berentur. Et quidem hoc ministerium ab ipso DEO  
confirmatum est, non tantum Aaronis virga reslo-  
rescente, & germinante, sed etiam multis alijs stu-  
pendis signis, imprimis igne illo, de quo scriptum est  
Leuitici nono, qui post consecrationem in Sacerdo-  
tium de celo descendit, devorauit holocaustum &  
adipem altari impositam.

Sic Sacerdotium in genere officium erat in  
Lege a DEO institutum discendi & docendi do-  
ctrinam a DEO traditam, Legem & Euange-  
lium de Christo, & offerendi DEO sacrificia ab  
ipso mandata, & orandi pro se & pro alijs, habens  
promissionem in Christo, de certa spe exauditionis  
precum. Non n. existimandum est, Sacerdotes &  
Leuitas, tabernaculo Iudaico adiunctos, tantum  
fuisse Lanios, & pecudibus mactandis & carnibus  
victimarum in altari cremandis, seu sacrificijs

solis occupatos fuisse, sed multo maior functio ipsius  
commendata fuit.

Huic n. sanctissimo ordini, concedita era  
doctrina, custodia & interpretatio vera doctrina  
ut Legis & promissionum Euangelicarum de Chri-  
sto, vera interpretatio conseruaretur & publice  
extaret. Deinde ut essent certi homines, qui sacri-  
ficarent, & causas illorum sacrificiorum interpre-  
tarentur, ac disertè ostenderent omnia illa Lega-  
lia sacrificia, Typos esse & picturas sacrificij Mef-  
siae, quod solum peccata expiatum erat, & vi-  
exercitia discipline & gratitudinis, DEO mini-  
sterioq; debita, rectè interpretarentur. Requie-  
bat & hoc officium Sacerdotum, ut inuocaren-  
te DEV M, pro se & alijs orarent, certoq; crederen-  
te exaudiri propter Mediatorem, iuxta promissio-  
nem, sicut scriptum est Leuitici 16. Sacerdos or-  
pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cara-  
Israël. Item Leuit. 4. Cap. Rogabit pro eo Sacer-  
dos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Incum-  
bebat etiam hoc Sacerdotibus & Leuitis, ut curam  
fusci perent Scholarum, quæ apud ipsos Synagogi  
dicebantur, omnesq; artes ad explicationem do-  
ctrina cœlestis, & gubernationem Ecclesiæ necel-  
sarias, discerent & propagarent. Ipsi etiam con-  
tinua series historiæ, & rerum in Ecclesia gesta  
rum memoria conseruanda erat, componenda Cal-  
endaria, & anni ratio obseruanda, ac festorum  
tempora, per circuitus Solis & Lune, Medica quo-  
que artis, Musica & aliarū optimarum rerum pol-  
fessio per ipsos retinenda erat in illa præstantissimi  
& floren-

& florentissima vnica Academia generis humani.  
Nec non controuersia omnium rerum, dogmatum  
aliarumq; causarum, à collegio Sacerdotum, piè &  
perspicue dijudicabantur, sicut scriptum est Ma-  
lachie secundo Cap. Labia Sacerdotis custodiunt  
scientiam & doctrinam D E I ex ore eius requi-  
rent, Quia Angelus Domini Zebaoth est.

Etsi vero, in qualibet familia, inde usque ab  
Adamo, primogeniti fuerunt Sacerdotes, & in  
Aegypto percussis primogenitis, Israëlitica primo-  
genita sibi certa lege consecrat D E V S, eorumq;  
semper, etiam autoritate Legum ciuilium, magna  
fuit excellentia & dignitas, de qua re, magnum  
eram fuit certamen inter Abelem & Cainum, ut  
de re omnium grauissima & præstantissima: tamen  
post liberationem ex seruitute & fornace Aegypti,  
dignitas primogenituræ, primum erat in illo populo  
Rubenitarum, hac amissa, postea propter incœstum  
admissum, successit tribus Leuitica, propter res præ-  
clarè gestas in educatione populi, & puniendis Ido-  
latris, vituli cultoribus, ac ut præmium virtutis ac-  
ciperent, in locum primogenitorum vniuersi semi-  
nis Israëlitici, repositi sunt Leuitæ, Exodi 3 2.  
Numerorum 3. Cap. eorumq; dignitas mox con-  
firmata est, per virgam florentem Aaronicā. Num.  
16. & 17. quæ postea in arcam reposita est, ne  
alii tribus Sacerdotium affectarent, aut ministe-  
rium Aaronicum siue Leuiticum, alto supercilioso  
pedibus conculcarent.

In hoc sanctissimo diuino ordine, aliij erant  
Sacerdotes, aliij Leuitæ, alijs erat summus Sacer-

dos. Inter hos alij, partitis operis, ad tabernac-  
lum curabant ea, quæ Sacrorum erant, sacrifican-  
do, docendo, psallendo, excubias agendo, arcam  
gestando, vasa expurgando que sacrificijs destina-  
taerant, & quæ ad omnem tabernaculi appara-  
tum necessaria erant. Nonnulli, Leuita presertim,  
qui passim per omnes tribus, in quadraginta oce-  
noppida, mandato diuino dispersi erant, enarrati-  
one Legis & promissionum instituebant popu-  
lum, nonnulli inter ipsos templo adiuncti, Sacerdo-  
tum ministerio, destinati erant. Nec constituta  
primum illa politia, aliud fuit collegium Leuita-  
rum, quam excellentissima sancta Academia, in  
qua veterem & incorruptam, certis testimonij,  
patefactam doctrinam sonare voluit D E V S Su-  
cerdotes aliquos, aut Leuitas, aut Prophetas, quo-  
rum ut vocatio singularis & immediata, sic mu-  
nus erat peculiare, ut Regibus consilio adessent in  
vocatione, cessantibus aut errantibus Sacerdotibus  
populum reuocarent ab Idolis, ad verum D E I cul-  
tum, & illustrarent doctrinam promissionis, de-  
venturo Messia, intermixtis prædictionibus de re-  
bus futuris.

Ille vero, qui in hoc ordine summus erat,  
vocabatur Pontifex, seu summus Sacerdos, cui soli  
concessum erat ingredi in aditum seu in sanctum  
sanctorum, quæ interior & tertia erat pars taber-  
naculi, in qua asseruabatur arca foederis, Vascul-  
lum Manna, virga Aarons, thuribulum, Legis &  
promissionum doctrina, ac propiciatorum sine  
thronus gratia, que externa signa testabantur,  
præsen-

præsentem esse D E V M in illo populo, & propicium fore, si iuxta normam verbi præscripti, rectè cole-  
retur. Etsi vero Leuitis munus docendi pañim in il-  
lo cœtu concessum erat: tamen solis Sacerdotibus  
sacrificare licebat, & quidem ad tabernaculum,  
nec alio ullo in loco. Hunc pulcherrimum ordinem,  
post redditum ex captiuitate Babylonica, cito tur-  
bavit ambitio Pontificum, cum summi Sacerdotes  
inter se distracti, odijs, ambitione & emulatione,  
attraxerunt impios Reges Syriacos, nec urbem  
tantum, sed & templum prophanantes, cædibus  
impleuerunt, & alter alteri, quibus potuit artibus,  
Pontificatum eripuit.

Cause instituti Sacerdotij Leuitici, multæ  
possent commenmorari. Voluit D E V S inde vsque ab  
exordio mundi, condito genere humano, propter  
collectionem Ecclesie, esse ministerium Sacerdota-  
le, cuius caput & antesignanus fuit ipse Λόγος,  
& orator aterni Patris, vt iuxta normam pate-  
factam verbi agnoscetur, inuocaretur, & in to-  
ta eternitate celebraretur. Ideo n. ante lapsum se-  
non tantum patescit, sed & post lapsum promis-  
sionem de Christo redemptore edidit, peculiarem  
doctrinam & verbum tradidit, per quod Ecclesiam  
sibi collegit, ac vt hæc nunquam extingueretur,  
sed perpetuo maneret & innotesceret, ac ad om-  
nem posteritatem propagaretur, immensa miseri-  
cordia Sacerdotium siue ministerium Euangely in-  
stituit, subinde etiam instaurauit, & seruauit,  
missis salutaribus Doctoribus & ministris, per  
quorum vocem fuit efficax, & vsque ad extremum

diem vno hoc modo, & non alio vult sibi colligent Ecclesiam, ut huic dilectissima filiola & Sponsa FILII sui, sapientiam, iusticiam & latitiam suam in omni eternitate communicet. Vult & hinc agnoscit, quam magnum sit beneficium, ipsa conservatio Sacerdotij, & totius ministerij ac collegij docentium & discentium. Esi vero fuerunt omnibus seculis, multi contemptores & persecutores ministerij, multi etiam sua Sacerdotali, in ipsa quoque familia Aaronis, dignitate abusi sunt, inter quos Filii ipsius recensentur, saepe inter Sacerdotes indocti homines, doctrinam depravauarunt, & scandalis mala vita occasionem prabuerunt: tamen semper aliqui fuerunt sinceri Sacerdotes & fideles ministri, qui veram doctrinam de Christo propagarunt. Ac sicut Ecclesia certam sedem attribuit DEVS in illo populo, annis 1582. Ita ministerium in certa familia & sacerdotalem excellentiā in Aarónica stirpe conseruauit singulari clementia.

Summum vero Sacerdotem in specie magna pompa, ex Aaronis prosapia sibi delegit DEVS, ut per ipsum Christus adumbraretur, ac conspecto illo ornatisimo & pulcherrima ueste incedente viro sancto, erudirentur homines, nos remissionē peccatorum, iusticiam & salutem aeternam, nequaquam consequi per Aaronis ministerium, sed hanc tantum per fidem, in Christo nobis obtingere beneficia, ad quem respiciebat & oculos dirigendos esse docebat Aaron. Non n. ipse fuit illius dignitatis, nec posteri ipsius tanta sanctitate praediti fuerunt, vt ipsorum

forūm Sacrificijs, meritis, operibus, precibus, &  
alijs culribus, peccata expiari possent, & salus a  
D E O impetrari: Sed ad hoc tantum deligebatur,  
vt esset vmbra nostri Pontificis & forma, vestiu  
omnibusq; ritibus concionaretur de Christo, quod  
per ipsum consequamur remissionem peccatorum  
& vitam aeternam. De hac re grauiter disputation  
Apostolus, ad Ebraeos Cap. 5. & 7. docet, quod  
Aaron respiciens & quasi manu nos ducens ad  
Christum, non habuerit Sacerdotium perfectum,  
quo homines verè iustificari potuerint, quale tan-  
tum congruit nostro Pontifici, Domino nostro Ie-  
su Christo.

Hic enim verus, vnicus & summus noster  
Sacerdos, & vniigenitus F I L I V S D E I , illa est  
persona, vnc̄ta, constituta & inaugurata ad hoc,  
immediatè ab aeterno Patre, per oleum læticia &  
plenitudinem Spiritus sancti, vt in genere humano  
reuelet arcanam D E I voluntatem, de redemptio-  
ne & salute hominum, doceat Euangelium à se re-  
uelatum ex sinu aeterni Patris, & ingrediens in  
sanctum sanctorum, intercedat & deprecetur pro  
tota Ecclesia, habens promissionem, quod certo  
exaudiatur, ac vt semel offerat vnicum sacrificium,  
videlicet seipsum, quo iram D E I aduersus homi-  
num peccata placat, & toti generi humano, re-  
missionem peccatorum, iusticiam & vitam ater-  
nam meretur, ac vt hac sua beneficia credentibus  
applicer, veramq; noticiam ac dilectionem D E I ,  
in cordibus credentium siue amplectentium Euan-  
gelium accendat, & inuocantium preces exau-

diat, & gemitus ac suspiria saudorum ad atten-  
num Patrem perferat.

In hac definitione, omnes partes diligenter  
expendenda sunt. De officio docendi, quod ad hoc  
constitutus sit, ut proferat Euangelium, hoc est  
gratuitam promissionem, de restitutione &  
paratione generis humani, manifestum dicitur  
extat Iohan. i. Cap. Filius qui est in sinu Patris ip-  
se enarravit nobis. De ipsis sacrificio, hunc no-  
strum Ponificem, assumpta natura humana, pla-  
caturum iram D E I & satisfacturum iusticia di-  
uinæ, ut nos redimamur, Baptista Iohannes in  
stimonium dixit: Ecce agnus D E I, qui tollit pe-  
ccata mundi. Et Esaias cum Zacharia vaticinat  
est. Ponet animam suam peccatum, id est, hostiam  
pro peccato, Item, In sanguine testamenti tui eda-  
ces vincitos tuos de lacu, in quo non est aqua. Deinde  
de de intercessione & applicatione sui sacrificij ex-  
presse ipse dicit δέ χιερεύει, Iohannis i. 7. Cap. Pro  
eis ego sanctifico me, ut & ipsi sint sancti, Id est, eis  
me offero pro eis, & mox addit precationem pri-  
tota Ecclesia, his verbis: Oro pro eis, & non pro  
eis tantum, sed etiam pro credituris per verbas  
eorum. Hac est oratio grauissima & propriissima  
summi nostri Sacerdotis, ut postea copiosius dis-  
tur.

Ad hanc dignitatem Pontificatus, peruen-  
diuina ordinatione & vocatione, Emanuel nosse-  
vnigenitus D E I Filius, etiam ante fundamen-  
tum iusta, ac post lapsum hominis, factus depri-  
cator & intercessor pro genere humano, Pat-  
clementis.

clementissimo permittente & approbante suppli-  
cu voluntatem, recepit, se pro peccato positurum  
animam, ut per hominem iustum, assumpta ho-  
minis forma, pro omnibus iniustis, pena iusticia  
DEI debita, persoluatur. Hinc Petrus ait. 1. Cap.  
1. Agnus præordinatus fuit, antequam conditus es-  
set mundus. Item Apocal. 13. scriptum est, Agnus  
occisus est ab initio sine ab origine mundi. Item  
Ebrae. 5. Cap. Nemo sibi usurpat honorem, sed qui  
vocatur etiam a DEO, quemadmodum & Aaron.  
Ita & Christus non semetipsum glorificauit, vt  
siceret Pontifex, sed is, qui dixerat illi, Filius meus  
es tu, ego hodie genui te. Ac Psalmista, de vocatione  
huius summi Sacerdotis, admodum suauiter cantil-  
lat Psalmo 45. Vnxit te Deus tuus oleo latice,  
præconsortibus tuis. Hac & similia testimonia,  
reuerenter cogitanda sunt, vt qua decet pietate  
audiamus & amplectamur, hunc summum no-  
strum Pontificem, & credamus, nos per ipsius san-  
ctam hostiam, D E V M habere propicium, nobis  
peccata condonari, donariq; iusticiam & vitam  
eternam.

Sicut autem unicus tantum fuit in Lege  
Pontifex, qui per totam vitam summo fungebatur  
Sacerdotio, vt ex Leuitico capite constat sexto:  
Ita hoc Typo significabatur unum tantum Mes-  
siam, & non plures hoc munere fungentes expe-  
ctandos esse. Ac valde est memorabile, quod de ho-  
nitidis in Lege scriptum est. His n. qui casu ca-  
dem commiserant, reditus concedebatur in pa-  
triam primum post mortem Pontificis: Ita cum  
in

in cruce noster expirauit & exiegius, per hanc  
perruptorem redditus est nobis concessus in pa-  
radisum, & patefacta porta anni Iubilai aureo,  
omnibus hominibus qui propter peccatum pulsati  
herto voluptatis, in exilio vallis lachrimarum per-  
grinantur.

Quales delecti sunt homines ad hanc exten-  
sionem & tanti honoris eminentiam, attigimur  
paulò ante. Ad politicam gubernationem delige-  
bantur constituto Israëlitico regno post Samu-  
lem, D E O monente ex omnibus tribubus Reges &  
per omnes ferme tribus deligebantur Duces &  
principes viri, cum exemplo aliarum gentium Re-  
gem expeterent Israëlitici, ut ex libris Iosue & Ile-  
dicum est manifestum. Ex tribu Benjamin exi-  
tat Saulem, Dauidem vero deligit ex tribu Iuda  
cum quo fœdus constituit D E V S , domum ipsius  
& regnum duraturum esse usque ad Christum Re-  
gem aeternum, quamuis & hoc propter Idolatrias  
& libidines, post Salomonem scissum est, & pecu-  
liare regnum in decem tribubus, constitutum est.

Ad hanc dignitatem Ecclesiasticam vnican-  
tantum Leui tribum sibi de legit Deus, & maxi-  
mis priuilegijs ornatam Sacerdotio donauit, &  
precipue in hac, domum & posteros Aaronis cui  
exit ad & ex iuxta Sacerdotale, & penes hanc vnican-  
tribum florente fere virga Aaronis usque ad Chro-  
stum exhibitum, mansit Sacerdotium, non sicut  
magno miraculo, nec cuiquam officio illo, ne quod  
dem Dauidi Regi fungi licuit, multi etiam gra-  
ui

ter puncti sunt, qui aliena ab officio, cum contemptu  
ordinarij ministerij appetiuerunt, ut ex historia  
Vſia est manifestum 1. Paral. 14. Is. n. cum non eſſet  
ſilius Aaronis, fortassis bona intentione, attingens  
arcam ſtatiſ proprieτων πραγματούνκρι pœnas  
dedit. Legem. n. transgressuſ erat scriptam Nume-  
rōrum 4. Cap. qua id conſtituerat D E V S , ne  
quiquam arcam contingereſ fœderiſ, ſanctuarium  
& vasa eius, niſi ille, qui ex familia Aaronis ori-  
ginem traxiſſet. Quid quæſo accidit vſia Regi 2.  
Paral. 26. Is propter abundantiam rerum, opib-  
us & fortunis florens, in ſuperbia scopulum im-  
pingit, & ſine vocatione administrationem fuſci-  
pit alieni muneriſ. Ac cum indignè ferret ſe ab  
Asaria reprobendi Sacerdote ſummo, lepra diuini-  
tu e vestigio percuſſus, in fronte, omnibus ſpectan-  
tibus Sacerdotibus, quæ in eo hæſit vſque ad finem  
vitæ?

CHRISTVS autem fuit & Rex & Sacer-  
dos ex tribu regia Iudea, quod & Dauid, Zacha-  
rias, Esaias, & alij Prophetæ, imprimis Iacob Pa-  
triarcha, Gene. 49. præuiderunt. Cum n. ipſe  
aboliturus eſſet Mosen cum ſuo Sacerdotio, politia,  
lege, templo & cultu, Typum & umbram Pontifi-  
catus Aaronici impleturus, prefiguratus per Aaro-  
nem, non ſecundum iſum ex ordine Leui, ſed ex  
ſanguine Iudea, ſecundum ordinem Melchiſedech,  
Sacerdos noſter conſtitutus eſt. Hinc in Apocalypſi  
quoque dicitur, Leo vincens de tribu Iudea, radix  
Dauid, ut aperiat librum, & ſoluat ſeptem signa-  
tula eius, agnus ſtans in medio ſeniorum tanquam  
occifus,

occisus, habens cornua & oculos septem, sedens super thronum, ut accipiat librum prouidentiae & omnium consiliorum gubernationis diuinae, & gilla eius aperiat. Vocat ipsum Iohannes, Leon de tribu Iuda, Id est, vittorem Diaboli, peccatis mortis, ac potentissimum & invictum Regem, quem in mundum venturum esse Jacob predixerat Gene. 49. his verbis: Carulus Leonis Iuda, ad primam filii ascendisti, requiescens accubuisti vi. Non ausereatur sceptrum de Iuda, donec veniat S. Ioh., & ad hunc gentes confluent. Nominat radicem Dauid. Hic n. Sacerdos natus est ex stirpe semine Dauidis secundum carnem, vnde & ab Ezechiel surculus de radice Iesse, à Ieremia, germinatus dictus est. Vocat & agnum occisum, id est Pontificem illum, qui suo sacrificio verus & nos Typicus D E I agnus, unico sacrificio placarit iram D E I, & nos per sanguinem preciosum redemerit, iuxta D E I præcognitionem & beneplacitum, ante mundi conditionem.

Huic Sacerdoti siue Agno, tribuit septem cornua, id est, infinitam potentiam & regnum aeternum, siue tales vires, quibus Tyrannis omnium nostrorum hostium destruatur, nec non oculos septem Spiritus D E I, siue infinitam sapientiam & plenitudinem septiformis spiritus, ut ex ipsis plenitude exundante, omnes accipiant gratiam & dona Spiritus sancti effusi super omnem carnem, ac confirmat ex libro prouidentie per hunc Doctorem ruelari hominibus, omnia arcana & mysteria salutis nostræ, cum summa admiratione omnium Angelorum;

lorum, ut consilia DEI de recipiendo genere humano omnibus innescant.

Sicut autem DEVS autor fuit Sacerdotij Leuitici, & hunc ordinem aeterno foedere in illo populo sanxit, ut Aaron & post ipsum maximus natus Filius, & sic deinceps ordinaria successione in illa familia, summus constituetur Pontifex: Ita in novo Testamento, ad manus nostri summi Pontificis, vocatus & praordinatus est FILIUS DEI, a D E O Patre, antequam iacerentur fundamenta mundi, hinc ubi naturam humanam asumpsit Dominus noster Iesus Christus, publica voce de celo aeterni Patris, vocatur & ordinatur in baptismo ad Iordanem, cum auditur vox illa suauissima: Hic est Filius meus dilectus, ac simul vnguitur hic Sacerdos, non balsamo Leuitico, sed Spiritu sancto, quem descendente de celo, tanquam columbam, & requiescentem in Christo, vidit Baptista.

Hic Pontificatus noui Testamenti caput in Paradiso ante annos 5534. veteris vero ante annos 3081. in monte Sinai. Cum n. primi homines deliquerint, & iusticiam ac integritatem in Creatione communicatam, per DEI imaginem tristissimo lapsu amisisset, & abyssiendi essent in aeternas penas, ubi Filius DEI abyssiens se supplicem ad pedes aeterni Patris, deprecatione facta pro homine, constitutus est summus Sacerdos, ut per ipsum iusticia diuina satisficeret, semetipsum ad penam offerret, & compensationem iustissima irae DEI, admirando temperamento iusticie & misericordie.

sericordia diuinæ, sanctum est decretum, de  
cipiendis hominibus in gratiam propter uniuersalium  
sacrificium huius Pontificis, ut ira DEI placari  
tur, & iusticia ac salus aeterna nobis restituatur.

Propter hoc sacrificium summi Sacerdotis, DEI & hominis, omnes electi, omnibus temporibus, remissionem peccatorum, & vita aeterna hereditatem consecuti sunt, sicut Petrus testatur in Actorum quarto, & ut de hoc Sacerdotio & Sacrificio commonesierent & erudirentur homines instituit Deus pecudum sacrificia inde usque ad initio, non ut mererentur remissionem peccatorum sed ut Typi seu imagines tantum essent veri sacramenta Iesu Christi, per quod aeterna & semper duratrix redemptio a peccato, & vita aeterna hereditas impetrata est. Hanc suauissimam doctrinam Christi Sacerdotio, que fundamentum est iustitiae salutis, fidei & Invocationis in omni vita & quotidiana exercitijs penitentie & preicationum, & due meditemur.

Etsi vero multæ fuerunt partes officij summi Pontificis in Lege: tamen triplici ratione principaliter huic muneri satisfactum est: Primum accendendo, Secundo, placando Deum sacrificio propri vel alieno, Tertio, orando pro se & pro alijs. Hoc officia in conspectu habere, cum ad erudiendum, ut ad confortandas mentes piorum, utilissimum est, & valde necessarium. Eadem officia erant in genere omnium Sacerdotum.

PRIMVM .n. vocabatur Sacerdos , ructus  
spiritus sancti latice oleo , & mittebatur ad do-  
cendam Ecclesiam , & proponendum verbum diui-  
nitus pates factum generi humano . Non .n. concede-  
batur vlli in hoc sancto ordine , vt pro suis cupidi-  
tibus , & pro suo arbitrio suam vel ab homini-  
bus inuentam traderet doctrinam , sed ex seuerissi-  
mo D E I mandato ipsius doctrina , proponenda  
erat . Nec satis fuit , tantum proponi legem , repur-  
gatam & repetitam in monte Sinaico , quam ra-  
tio vtcunque nouit , sed addenda fuit vera inter-  
pretatio promissionis de Christo , siue vocis Euange-  
lice , que rationi ignota est , & diuinitus ex sinu  
eterni Patris per Filium illuxit .

Cum .n. per Legem nemo reconcilietur DEO , &  
adducatur ad thronum gratiae , sed per terribilem  
fulminantem tremendam D E I vocem , fugiat  
DEV M homo , & in agnitione peccati propter sen-  
sum ira D E I aduersus peccatum longius abducatur  
à D E O , per comminationes Legi annexas , tamen  
& hoc inumeris ratio postulabat , vt promissiones de  
Christo , & doctrinā Euangeliū populo proponerent  
& explicarent verum usum Legis , ac publicè id in-  
culcarent auditoribus , propter promissum Messiam ,  
populum illum certis Legum , Sacerdotij & cultuum  
vinculis constrictum , ac delectam illam politiam  
Israēliticam , vt veritas doctrina Euangelicarum  
promissionum conseruaretur , donec ipse veniret  
Dominus , & inchoato novo ministerio , voce Apo-  
stolica , per totum orbem terrarum , Euangeliū do-  
ctrina propagaretur . Hoc docendi munus in Sa-

cerdotio Leuitico, Christo exhibito, prorsus subditum & abolitum est.

Hic n. Pontifex, ubi in carne nostra apparuit,  $\lambda\circ\gamma\circ\zeta$  aeterni Patris, perfectissime huic decendi satisfecit muneri, arcanum consilium de redemptione generis humani proferens, omnis de ceteris fons ipse inexhaustus, ac statim in Paradiso monstrauit homini, reuelato Euangelio viuisca consolationes, contra terrores peccati & mortis ne in desperationem & interitum aeternum, vesperra ingruente ruerent. Nec verus D E V S vñquam cognosci potuit aut potest, sine ministerio huius summi Sacerdotis, sicut scriptum est Iohann. 1. cap. Deum nemo vidit vñquam, Filius vñgenitus, qui est in sinu aeterni Patris, ipse enarravit nebis. Item Esaiæ 53. ipse dicit aeternus Pater: Noticia seru mei iusti, iustificabit multos. Ac Dominus affirms Esaiæ 61. se accepto Domini spiritu missum esse, ad annunciatum Euangelium.

Hic Pontifex noster, de quo Pater ipse affirmat Psal. 2. Ego constitui Regem meum, super sanctum meum, prædicabo de decreto, solus est audiendus, firmaq; cogitatione credendum & statuendum est, huius vocem Euangelicam, immutabilem D E I esse voluntatem & decretum de salutis nostra, ac velle, ut omnes credentes huic Filio traci testi, per ipsum habeant vitam eternam.

Quam magnum est hoc beneficium, quod D E V S per hunc Oratorem & Legatum colloquatur cum hominibus, ac statim misit  $\lambda\circ\gamma\circ\zeta$ , ad regnandum primam illam promissionem de semini malieris

mulieris, Vnde & Λόγος dictus est noster Pontifex, non tantū quod lumen de lumine, cogitando ex mente aeterni Patris genitus sit, vt sancta antiquitas religiose sensit, sed etiam, quod Pater per ipsum se patefecit, & per hunc Angelum magni consilij, quem Iacob expriraturus alloquitur, immediate docendo sibi colligit Ecclesiam, & viuificat donato Spiritu sancto, protegit & seruat. Quanta solicitudine & indefesso studio, carne nostra assumpta, docendi munere perfungitur multis annis, Apostolisq; dat mandata, vt & ipsi in toto mundo, preciosum semen verbi diuini, disseminent.

Ab hoc summo Sacerdote munus docendi in Ecclesia exortum est, conseruatum & propagatum annis 5534. in quo omnium ministerio & digno, ad hunc unicum Sacerdotem doctrina dirigenda est, & monstrandus omnibus peccatoribus hic agnus DEI pro nobis oblatus. Nec ullum Sacerdotium valet in novo Testamento extra hunc Dominum, nec aliud docendum est Euangelium & agnoscendum quam hoc unicum huius Pontificis crucifixi & resuscitati, de quo Ioëlis secundo dicitur: Filie Sion, exultate & latamini in Domino DEO vestro, Quia vobis dedit iusticia Doctorem. Quasi dicat: Celebrate, qua decet triumphali voce & summa animalicia DEI nostri beneficium & paternam bonitatem. Is. n. vobis sedentibus in umbra mortis & Cimmerijs Idolatricis tenebris misit & exhibuit Doctorem, qui ex meo sinu proferens Euangelium patefecit veram consequendam.

iusticia & salutis viam , & vobis omnibus fidei  
pletentibus meum consilium de iusticia gratis de-  
nanda , eternam donabit beatitudinem , & mi-  
sterium reconciliationis conseruabit usque ad ex-  
tremum diem mundi , ut multis haec innote-  
fiantur .

Secundum officium Sacerdotis est ipsa Of-  
ficio . Voluit .n. D E V S , ut Ponifex pro se & po-  
alijs preces ardentissimas ad D E V M effundere  
quod ex Leuitico hinc inde apparet . Ac in Numeri  
capite sedecimo iubet Moses , ut Aaron pro populo  
orationem instituat . Huic muneri Christus satisfe-  
cit unicus noster Mediator & aduocatus , apud  
eternum Patrem . Ipse .n. in diebus carnis sue , vi-  
lido clamore & cum lachrimis , preces & supplica-  
tiones obtulit ei , Ebraeorum 5 . Cap . qui potest na-  
saluos facere a morte , rogauit pro transgressor-  
ibus , qui ignoranter peccarunt . Pro mundo .n. blas-  
phemo , contemnente D E V M contumaciter , &  
agitam veritatem pedibus conculcante , peccanti  
in Spiritum sanctum , nulla precum offert thymia-  
mata , Psal . 16 . Iohan . 17 de quo & Iohannes pre-  
ceptum tradidit , ne oremus pro illis , qui ad mortem  
peccant .

Nec hic Sacerdos summus , pro reverentia  
vel pro sua dignitate exauditus , tantum in araci-  
cis pro suis oravit hostibus , crucifigentibus ipsum , si  
communes & potentissimas siue efficacissimas colle-  
ctas effudit , ac nunc quoque perpetius intercessio  
pro toto mundo vniuersaliter offert , imprimis pri-  
illis , qui cum Petro ad Monomachiam & cibrato

ram euocantur, sicut ipse testatur Iohannis 17.  
cum ait: Oro pro eis, & non pro eis tantum, sed  
etiam credituris, per verbum eorum.

Etsi vero singulorum piorum munus est, ut  
Apostolo Paulo teste 1. Timoth. 2. pro alijs DEVM  
inuocent, imprimis, ut exemplum Stephani doret,  
illorum habeant rationem, qui ex infidelia delin-  
quunt: tamen huius summi Sacerdotis collecta &  
supplicationes, longe maioris sunt potentia &  
dignitatis. Ipsius n. precatio est sacrificium &  
xvi Igop Ebraeorum 5. quo omnes nostra preces san-  
ctificantur & consecrantur DEO, ac penetrant  
caelos, ut sicut in hoc dilecto Filio omnes sumus di-  
lecti, ita per hunc Mediatorem & eternam ipsius  
intercessionem, exaudi amur, cui propter reueren-  
tiam & obedientiam aeterno Patri exhibita, nihil  
denegatur. Imo cum prae nimis doloribus animi in  
extremis calamitatibus constituti, vix gemitus ede-  
re possumus vere inuocationis, ipse suo valido cla-  
more assidue pro nobis interpellat, & pro omnibus  
peccatorib. conuersis ad DEVM, sedens ad dexterā  
maiestatis sua, intercedit perpetuo. Ac huic nostro  
summo sacerdoti, fundenti suas preces pro Ecclesia  
gemitis inenarrabilibus, in tanta dignitate Pon-  
tificatus & regali potentia, data est promissio,  
qua testatur Pater, se huius Pontificis vota exau-  
diturum, qui pro omnibus ingressus est semel in  
sanctum sanctorum, ac sine tedio, fastidio & in-  
termissione pro nobis intercedit, & nihil magis ha-  
bet in votis, quam ut nos reuerenter, & confiden-  
ter magna waegencia ad thronum gratiae acceda-

mus , & per ipsius thymiamata , ad oportuno  
auxilium , consequamur misericordiam , & invi-  
niamus gratiam iuxta promissionem . Nec tantum  
pro nobis interpellat & tanta est autoritatis ,  
propter ipsum nostros gemitus exaudiat D E I  
sed etiam coniungens suas preces nostris votis ,  
Patrem huc perfert , ut non propter nostram  
ignitatem , sed per ipsum solum Pontificem nostrum  
exaudiatur .

Hoc ingenti honore , cuius excellenter  
magnitudinem , nemo cogitando assequi potest , tan-  
tum in cœlo & terris fungitur unus Mediator  
Dominus noster Iesus Christus , qui non in man-  
facta , sancta introiit , exemplaria verorum , sed in  
ipsum cœlum , ut vultui D E I pro nobis appareat ,  
de quo Eusebius dulcissimis verbis ait : Magnus uni-  
uersæ Ecclesiæ Pontifex ipse Iesus , unigenitus D E I ,  
bene fragrantem odorem & incruentas & incor-  
poreas hostias precum , ab omnibus leto vultu &  
supinis manibus accipiens , cœlesti Patri & D E O  
omnium Creaturarum offert , primus ipse adorans ,  
& solus Patri dignum tribuens honorem , deinde  
omnibus nobis placatum manere , & propiciare  
semper petens .

Hinc magna consolatio sumi potest , quan-  
bis semper in conspectu esse debet . Ipse n . suo mo-  
rito placat Patrem , conspergit nostra sacrificia  
sanguine suo precioso , est q̄ aeternus Sacerdos , sem-  
per pro nobis intercedens , ac regens nos umbracula  
misericordie sue , ne in nos ingens diuina effundat  
ira , suaq; meritoria intercessione nobis omni-  
tempo

tempore applicans omnia beneficia regia & Sa-  
cerdotalia, ut licet infirmi & indigni simus, ta-  
men D E O placeamus & exaudiamur. Hac conso-  
latione nos sustentemus, & certo statuamus, has  
preces huius nostri summi Sacerdotis, nequaquam  
irritas esse, de quo id ex verbo constat reuelato, ip-  
sum non tantum pro Ecclesia orare & intercedere,  
sed etiam talem esse Mediatorem propter quem nos  
exaudiamur, sicut docent promissiones. Cur igitur  
adeo negligentes, timidi & frigidi sumus, in hoc  
cultu? Cur opprimimur dubitatione & despera-  
tione? Cur nos a D E O negligi suspicamur? Cur  
praeuentem hunc Pontificem non subsequimur, si-  
cuit Apostolus hortatur Ebraeorum 4. Cap. commu-  
nicantem nobis honorem Sacerdotij, iubentem ut  
precemur, & affirmantem, se perferrre nostras pre-  
ces ad D E V M, & propter ipsum nos exaudiri.

T E R T I U M munus erat oblationis sacri-  
ficiorum de quo Ebraeorum capite quinto his verbis  
loquitur Apostolus: Nam omnis Pontifex, qui ex  
hominibus assumitur, pro hominibus constituitur,  
in his, quæ apud Deum aguntur, ut offerat do-  
naria & victimas pro peccatis, quibus reconcilien-  
tur D E O, & impetrant remissionem peccatorum.  
Hoc munus sacrificandi, soli Aaroni quoque & ip-  
sius Filii concreditum erat. Docendi n. munere  
magis fungebantur Prophetæ, quam Leuitæ & Sa-  
cerdotes.

Hoc munus, cui quasi rectius, quam Christo  
redemptori congruit? Is enim ubi docendi imple-  
uit munus, ascendit summum altare lignum crucis,

ornatu Sacerdotali, iustus, innocens, impollutus.  
Patri obediens usque ad mortem crucis, ardent  
dilectione Dei Aeterni Patris & nostri, assumptu  
a se generis humani, offerens & sanctificans se  
metipsum pro nobis, oblationem & victimam ob  
Deo, in odorem bona fragrantia, ut & nos simus ob  
sanctificati, ipse suscipiens & perferens peccata  
nostra super lignum, in corpore carnis sua.

Hic Pontifex suam animam, corpus & san  
guinem, posuit hostiam pro peccato, & illa perso  
na, quae est Deus & homo, ipsa est victimam quam ca  
offert aeterno Patri, ut sit Xu Igop pro nobis, unde ri  
Iohannes eum vocat agnum Dei, & se ipsum Xu  
Igop sive premium redemptionis nominat Mat. re  
20. cap. Iohannes tribuit ei nomen proprietatis &  
1. cap. 2. Esaias & Paulus peccatum sive hostiam &  
pro delicto. S. Petrus vocat in 1. cap. 1. premium sa  
redemptionis, cum ait, Non corruptibilis aut na  
vel argento redempti estis, de vana vestra conser  
fatione, paterna traditionis, sed pretioso sanguini  
quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Sa  
Et Act. 20. dicit Apostolus: Ecclesiam sanguini, ob  
id est, sacrificio Dei I acquiritam esse.

Sicut autem Deus est incomprehensibilis,  
cuius magnitudinem & amplitudinem nulla crea  
tura cogitando assequi potest: Ita hic noster Sa  
cerdos est infinita potentia, & excellentia huius  
victimae, potentiae, efficacia & dignitas, ex ipsis  
aeterno Sacerdotio estimanda est. Ac per propriam  
suum sanguinem, non hircorum aut vitulorum,  
qui peccata auferre nequit, semel in sanctum san  
ctorum

Eorum tabernaculi perfectissimi, sine manibus  
confectum, ingressus est, eterna redemptione in-  
uenta, oblatione sacrosancti sui corporis peracta, ut  
tollat multorum peccata, & nos sanctificet.

Hoc sacrificium, quo sanctificati sumus unica  
oblatione, semel tantum oblatum est ante annos  
1540. & omnia impetravit & confecit perfe-  
ctissime, quae ad sananda nostra vulnera, sunt ne-  
cessaria, ut prorsus nulla sit alia oblatio pro peccato  
quarenda, nec inueniri possit ad remissionem pec-  
catorum. Ipse semel mactatus est pro nostris pecca-  
tis, & celebravit festum expiationis, ac sanguini-  
nem in diebus carnis sue effudit, ut nunc sit tempus  
remissionis peccatorum. Ipse n. hac unica Missa in  
ara crucis, in proprio suo, purissimo, incontaminato  
& sancto sanguine, eternam nobis comparauit  
sanctificationem, reconciliationem, iusticiam, do-  
na spiritus sancti & vitam eternam perfectissimo  
sacrificio, sicut testatur vox triumphalis, Consum-  
matum est. & inter precandum dicit Iohann. 17. Ego  
sanctifico me pro eis &c. & ab eo tempore, quo hac  
oblatio facta est, duabus nimis mundis milibus posterio-  
ribus durantis adhuc huius mundi annis, tantum  
euangelicas siue gratiarum actionis & laudis, la-  
biorum vitulos DEO obtulerunt p̄ij.

Et si vero semel tantum, in fine mundi & tempo-  
ris plenitudine, mactatus est Dominus noster: tamē  
efficacia & virtus huius Pontificis in hac victimā  
proprij corporis & aeternae personae extenditur, ab  
initio mundi usque ad finem, & nouissimū diem, ut  
Ebreorum 10. testatur Apostolus. Et ad hoc sacrifici-

cium respexit Adam, offerens agnellum Gen. 3  
vbi vidit se mactatis agnis donari pellibus & pa-  
mentis, ac erigens cor sauciatum hac consolati-  
venturi agni, & vnicæ huius oblationis in pub-  
sacrificijs, de Christi Sacerdotio concionatus  
& cum Prophetis & Patriarchis grauissimas  
dit confessiones. Quanta cum latetia Abraham  
hunc verum Isaac, mactandum in monte Mo-  
cuius in Filio Typum viderat sape inter sacrifici-  
dum respexit? Nec ullum vñquam fuit sacrificium  
nec est, aut futurum erit vñquam in celo aut i-  
ra quam hoc vnicum Filij D E I, quo omnes san-  
ficantur credentes, & placent D E O induiti ve-  
mento salutis, de quo Iohannes in Apocal. Cap.  
ait: agnum illum ab origine mundi occisum q<sup>uod</sup>  
id est, Dominum nostrum Iesum Christum, v-  
rando consilio Diuinitatis, ante mundi condic-  
nem seu ab eterna ad hoc destinatum, ut omnes  
electi ab origine mundi, a peccatis mundarentur  
omniumq<sup>ue</sup> sanctorum peccata expiarentur,  
quem in sacrificio Adæ, Abeliis aliorumq<sup>ue</sup> Patriar-  
in Paschate, iugi sacrificio, omnibus victimis ex-  
spexerint sancti, intelligentes illas mactationes, ga-  
ferendas ad solum Christum, tollentem peccata  
mundi.

Sicut autem omnes p<sup>y</sup> ab Adamo & ini-  
mundi vsque ad tempus huius victimæ, maxime  
animi latetia hunc vnicum & eternum expedi-  
runt Sacerdotem, & per ipsius sanguinem salu-  
sunt, siue sanctificati: Ita vel hodie quoque &  
tota eternitate, per nullam aliam placemus bofis

am D E O, donec in hoc tempore gratiæ venia con-  
cedetur locus, & peccatorum speranda & exop-  
tanda est venia, est q̄ propitiatio non pro nostris  
tantum, sed pro totius mundi peccatis; 1. Iohan.  
2. & hac diuina ac omnipotens hostia, vnicè pla-  
cat aeternum Patrem, licet multi aspernentur hanc  
victimam, blasphemant & pedibus sanguinem  
Christi conculcent.

Hac plenaria obædientia & sanctissima ho-  
stia, pro peccato totius mundi satisfactum est, sed  
exiguus numerus est illorum in mundo, qui his  
fruuntur beneficijs preciosi sacrificij. Ideo cum  
maxima sit multitudo incredulorum, ad illos tan-  
tum spectat, qui fide se vulneribus huius agni in-  
uoluunt. Ideo ipse dicit Dominus Matth. 20. ex  
Esaiā, se animam suam ponere, vt sit λύτρον pro  
multis. Idem in Cœna repetitur Dominica. Eisi ve-  
ro mundus hanc victimam contemnat: tamen ra-  
zione substantiæ sue & potentia, est & manet  
aeternum sacrificium pro peccatis totius mundi ra-  
tione meriti, sicut Sol non mutat splendorem lumi-  
nis, etiam si caci non possint intueri corpus illud ful-  
gidissimum, aut lippientes oculi splendorem tanti  
Luminaris ferre nequeant. Nostra n. incredulitas  
nihil imminuit aut detrahit de dignitate huius ho-  
stia, nec tollere potest D E I gratiam & bonita-  
tem.

Nec opus est hic querere, qualia peccata Chri-  
sti sacrificio expientur. Nulla enim hic valet di-  
stinctio, aut discriminis est ratio vlla. Hæc n. ho-  
stia est propiciatio pro peccatis totius mundi, &  
ipsius

ip̄fius sanguine ab omni peccato mundamur. Peccati igitur nomine complectitur Spiritus sanctus, hereditarium nostrum malum peccati originis, quo concepti & nati sumus, omnes pravae cupiditates, appetitus, pravae concupiscentiae illecebras, flammas, imbecillitatem nostram, imperfectionem & totam illam Legis & voluntatis nostrae, naturam omnibus viribus & tagis apud Lege DEI aduersantur. Haec vulnera hominis, in mortali corpore, ut sanctus mortuus est agnus DEI, & satisfecit pro peccato mundi. Extendit etiam se hoc Christi mortis sacrificium, ad peccata mortalia, ut exempla testantur, Adae, Abrahae, Davidis, Aaronis, Manassis, Petri, & aliorum, qui vel maximis peccatis peccatis, per sanguinem huius agni, veniam absconditi sunt. Annon David adulter ille, sanguibus contaminatus, recipitur in gratiam 2. Sicut 1.2. & audit absolutionem. Dominus peccatum abstulit, cum coccineo vermiculo similiter in conspectum DEI, & conspergens se sanguine venturi agni, super niuem dealbatur. Cumque hoc unicum sacrificium, aeternum sit auxilium nostra salutis, & propiciatio pro peccato mundi, culpa & pena, rei cienda sunt hostia omnium hypocitarum, qui ex superstitione Phariſea, ex dignitate & merito operum, vel ex operato, querunt sibi aut alijs expiationem peccatorum.

Etsi vero omnibus temporibus, in mundo etiam apud Ethnicos, usitata fuerunt sacrificia non pecudum modo, sed etiam hominum, qui in genti

gentium dubio procul ex Patrum Ecclesia, quæ doctrinam de futuro hominis Christi sacrificio sparserat, & ex καρονδια exempli Abrabæ sumpti sunt, additis opinionibus, quasi sacrificiorum, tali precio & dignitate Deus placaretur & propicius redderetur: tamen vnicum est, erit & fuit Christi sacrificium, quod iratum Patrem conuersis ad DEV M, placat, & merito perfectissimo ac plenaria compensatione, peccatum mundi tollit, cuius omnia Patrum & Israëlitarum sacrificia Typi erant. Patres n. ante & post Legis promulgationem vsque ad Christum, habuerunt sacrificia, quæ obtulerunt DEO, sed hæc vnika æterna hostia Christi, Typis illis adumbrata, optimum odorem spirans in conspectu DEI, placuit DEO in omnibus, qui in vera agnitione venturæ victimæ consistebant in conspectu DEI. Non n. placebat DEO vlla hostia propiciatoria aut Eucharistica, sanguine hirci aut sale conspersa, sed per fidem sanguinem Christi oblata recipiebatur, iuxta promissiones diuinæ. Hac Typica ιασμὸς siue Leuitica pecudum sacrificia, prorsus abolita sunt per Christi hostiam, & hoc vnicum tantum sacrificium vsque ad finem mundi est perfectissima expiatio omnium nostrorum sordium, nec ullum hodie est sacrificium ιασμὸς siue ιαστιοπ, quo peccata nostra deleantur in nouo Testamento, quam vnicum propiciatorium sacrificium in cruce oblatum, quod æterna nobis beneficia donat, & perpetuam redemptionem affert. Ac ne dubitemus de efficacia huius hostie diuinae, non tantum pœnam pro nobis exoluit, vniuers-

ueramq; suam obœdientiam & humilationem  
nostram salutem dirigit, & sanctissimus votis han-  
nobis applicat , vt per & propter ipsum cruento  
ti, & polluti miserrime , in conuersione recipi-  
mur, & credentes placeamus D E O, sed etiam ha-  
hostiam nobis offert in Sacramento cœna Euchi-  
ristico, pascit nos suo corpore & sanguine , vt h-  
sanctissimo pignore, arra siue arrabone salutis v-  
stre , accepto in hac salutari manducazione , co-  
porali & spirituali , confirmemur , quod hac v-  
ca oblatione consecuti simus remissionem peccati  
rum, & non minus ab omnibus mundemur & co-  
spergamur sanguine ipsius , quam illi ipsi , qui cu-  
Iohanne sub ara illa crucis Caluariae substiterunt  
& postes domorum Israëlitici populi in Aegyptu-  
exornabantur & aspergebantur.

Cum n. nobis in hac sanctissima Synaxi ,  
stribuit panem & vinum , visibilia illa elementa P  
quorum etiam singularis fuit olim usus in sacrificio  
maximus, non nuda exhibet illa signa, sed vere  
sua omnipotencia & veritate , qua nunquam  
ceptus est quisquam , subministrat nobis in usu il-  
nis , verum & substantiale suum corpus , pro ne u-  
datum , in calice ipso vino sanguinem suum in es-  
missionem peccatorum . De hac vera præsentia er-  
exhibitione preciosissimi thesauri , nihil dubius po-  
debet mens pia, vt Hilarius monet, ac cum hoc dicit Ita  
rit Dominus, credendum est in tanto mysterio Et ne  
D E I omnipotenti simo , nec ei repugnandum & sp  
vt eleganter dixit Chrysostomus , etiam si sensu m  
cogitationi nostræ id absurdum esse videatur. V. 111

m.  
ha  
en  
ip  
ba  
e  
s  
m  
co  
ca  
c  
ru  
yp  
*eius defraudari non possumus, sensus vero noster deceptu est facilimus.*

O ineffabilis amor Filij D E I erga nos , qui non tantum assumpta seruiforma, se nostra fragili & mortali vestiuit natura , & in hac exoluit Xp̄pop , sed nobis etiam sese vniuit & coniunxit , ut in tota aeternitate carnis semel assumpta , a divina natura Christi , nulla sit futura separatio , nec fieri possit , ita ut illa ipsa natura , quam a nobis assumptur , rursus se nobis coniungat , participatione carnis sue in coena , sicut ait Hslarius , Naturam carnis sue ad naturam aeternitatis , sub Sacramento carnis nobis communicande admiscuit , & vere sub mysterio carnem corporis sui sumimus . At q̄, ita Christus est in Patre per naturam Diuinitatis , nos in eo per corporalem eius nativitatem , ille in nobis rursus , per Sacramentorum mysterium .

De hoc saluberrimo nutrimento huius nostri Pontificis , qui nos proprio Corpore & sanguine corroborat , grauiter dixit Chrysostomus : Si qui simbriam vestimenti eius tetigerunt , recte conuauerunt : quanto magis corroborabimur , si totum illum in nobis habeamus ? sed ab ille in nobis sequentem membrorum legem , perturbationes animi extinguet , morbos omnes depellet , ab omni casu nos eriget , & inimici potestate deuicta , ad veram penitentiam , atque adeo in se ipsum conformabit . Item alibi ait : Hec mensa , anima nostra vis est , tenerus mentis , fiducie vinculum , fundamentum , spes , salus , lux , vita nostra , si binc hoc sacrificio muniti migrabimus , maxima cum fiducia sanctum ascen-

ascendemus vestibulum. Nec incommodè S. Bernhardus dixit : Corpus Christi est agris medicina peregrinantibus via , debiles confortat , valenti delectat , languorem sanat , sanitatem conservat per hoc sit homo mansuetior ad correptionem , patientior ad laborem , ardentior ad amorem , sagacior ad cautelam , ad oboedientiam promptior , gratiarum actionem deuotior.

Vestitus quoque Sacerdotalis , accuratè scribitur in Mose , quem D E V S ipse præscripti seuerissime mandauit huic Pontifici Leuitico , ut publica sacra facturus , non tantum magna maiestate , autoritate & dignitate in conspectum populi prodiret , ac sacra maiori reuerentia tractarem in illa Ecclesia : sed etiam , vt de vestitu & instrumento salutis admonerentur , de quo Psalmo 4 & Esiae 6 1. vaticinatur Spiritus sanctus , agnoscerent & deploarent nuditatem omnium hominum ex lapsu primorum parentum , & anxij vestit ac suspirijs exoptarent aduentum Christi , cui iusticia excornati , omnes placent D E O electi , cut canit Propheta : Concupiscet Rex decoratum . Quoniam ipse est Dominus tuus , & adorabis eum . Omnis gloria filie ab intus : vestimenta eius fimbrijs aureis , Acu pictis vestibus adducti Regi , virgines post eam , amicæ eius adducunt tibi . Adducentur in læticia , & exultatione ingrediuntur in templum Regis .

Primum autem Pontifex Legis vtebatur vestitu Epomida sive Ephod , quod superhumera dici potest , quod valde artificiosum , ex materiis

preciosissima contextum, à collo vsque ad coxen-  
dicem vsque per cubitum extendebatur, tegens  
pectus, scapulas & axillas. In utroque humero col-  
ligabatur per lapides Onychinos, quibus nomina  
filiorum Israël sive duodecim tribuum insculpta  
erant. Sicut autem in Epomida & humeris suis,  
gestat nomina filiorum Israël, gemmis impressa,  
quæ vnguium referunt colorem: Ita noster Ponti-  
fex, maxima cura, Ecclesiam suam compleuditur,  
tuetur & conseruat, ac manibus ipsius, vt Esaias  
testatur, velut vnguiculis singuli pīj inscripti sunt,  
nec permittit, vt ex ipsius manibus rapiantur ou-  
culæ, aut aduersis succumbant rebus, cum nostra  
carne indutus, velut pectorali Onychino, considerit  
ad dexteram æterni Patris, ac nos impositos hume-  
ris potentissimi clementer seruet. Hoc igitur vesti-  
tu, fidem nostram confirmemus, de paterna solici-  
tudine nostri Pontificis pro Ecclesia, & certissima  
spe concepta, ad certam fiduciam in omnibus mi-  
serijs excitemur & inuitemur.

Secunda pars vestitus erat Rationale, sive  
pectorale, quod Pater Lutherus vertit, das  
Amptschildein. Erat autem pannus preciosus  
ex auro, purpura & byso, palmi habens magnitu-  
dinem, quadrata figura, ex eadem materia cum  
Ephod, densitate duplice & limbis quatuor con-  
fectum & munitum vndique, ne facile rumpere-  
tur. Huic Hosæ intexti erant lapides pretiosi, sive  
gemmæ miræ magnitudinis & precijs, per quatuor  
ordines, ita vt singulis versibus terni collocarentur  
lapides, quibus etiam vt Onychinis nomina filiorum

Israël inscripta erant. De hoc ornatu dicitur, Aaron portabit iudicium, id est, ius filiorum Israël, ut singula scilicet sui iuris admoneantur, de quo promissiones acceperant in illa politia. Ac multa testantur historia, quod Pontifices ornatos Ephod & Hosen consuluerint Reges de salute publica solliciti, ut ex Num. cap. 27. 1. Regum 23. 28. 30. constat. Quomodo vero responsa dederit D E V S, & voluntatem suam declararit, singulari splendore gemmarum, aut alio modo, nullibi ostendit scriptura, ac fortassis hinc superstitiones gemmas, quæ Crystallus dicitur exortas esse à Diabolo, credibile est.

Hæ gemme, miro quodam splendore falsae sunt. Non n. alijs lapides, nisi splendidissimi, pectorali inserebantur. Vnde Vrim & Thumim, à luce & perfectione, nomen accepit, hoc pectori perpetuo incumbens pulcherrimum ornamentum. Voluit n. D E V S non tantum fulgentes & splendentes deligi lapides, sed etiam integerrimos, in quibus nullum appareret vitium. Ac colligi potest ex ipsa historia, Pontificem in re gravi nunquam dixisse sponsum, & rogatum edidisse oracula, nisi cum hoc rationale iudicij, pectori impositum esset. Connecebatur etiam ipsi Ephod velut thoraci aureo annulis & catenulis ex humeris, sub Onychinis lapidibus demissis. Hoc ornamentum in toto vestitu fuit omnium præstantissimum, thesaurus nimirum omnis iuris scientia, aequitatis & iudicij, unde responsa in causis difficilibus petebantur.

Sicut

Sicut autem duodecim nomina filiorum Israël, gemmis insculpta, pectori Aaronis affixa fuerunt: Ita noster summus Pontifex non tantum gestat Ecclesiam, in humeris suis, id est, potentia sua iuetur, verum etiam gestat eam, in corde, animo & pectori suo, & nos electos antequam fundamenta mundi iacerentur, dulcissimis ex ardenter dilectionis amore, & corde astuante, affectibus purissimis, complectitur, ac velut animo suo impressos, circumfert perpetuo.

De hoc amore, & solitudine Christi, pro Ecclesia, multæ hic sunt circumstantiae, quæ diligenter expendantur. Nomina n. non tantum 12 tribuum inscribuntur Onychinis lapidibus, ut in humeris, qui potentiam notant, publice gestentur: sed & pectorali imprimuntur, ut de paterna viscerali misericordia ac cura Filij DEI, pro Ecclesia, magis confirmemur. Pectus n. fauorem & charitatem significat. Catenula monent, pios per sacramentorum usum ac diuinæ promissiones ita alligatos esse Christo, ut neque mors, neque vita, nec Angeli, nec afflictiones, à dilectione DEI nos separare possint, ut Apostolus docet, Rom. 8. Ac ne opinemur promissiones esse particulares, aut esse in hoc Pontifice ὡροτρόπια, nec existimet conscientia formidolosa, ad nos in specie nequaquam pertinere Christi beneficia, cum tantis peccatis contaminati simus, & maximis calamitatibus & miserijs exerceamur, nostra imbecillitati medetur Dominus, & vult nos statuere, ut sicut Aaron singularium, tribuum nomina singulis lapidibus gestarit, ut

demonstraretur, singulas tribus esse populum D  
& ius habere siue priuilegia terre Canaan: Ita  
quoque singulari cura ab ipso in genere & spe  
conseruari, non aliter, quam si cordi ipsius vel  
Adamanti insculpti simus, & quemlibet Christia  
num, suum habere ius proprium cœlestis vita  
eternorum beneficiorum, tam in animo Christi  
quam in ipso cœlo, & promissa terra Canaan  
perpetua.

Ac sicut per summum Sacerdotem, ornatum  
Ephod & Hosen, responsa dedit DEVS: Ita si  
Dominum nostrum Iesum Christum, fungente  
suo ministerio Sacerdotali, reuelat nobis oracu  
salutis noſtre, & omnia cognitu necessaria de  
luntate Patris erga nos, vt omnis qui videat Filium  
hunc Pontificem unicum, & credens in eum, ha  
beat vitam eternam, & spem certæ resurrectionis  
in nouissimo die. Hac oracula spargi voluit Dona  
nus in toto orbe terrarum, estq; illud nostri mun  
tis, vt ex hoc Pontifice diligenter sciscitemur my  
steria illa, nec audiamus Papam, qui falſo glori  
tur, se in pectoris scrinio gestare omnia iura  
oracula DEI. Audiamus hunc nostrum Ponti  
ficiem, & adiungamus nos vera Ecclesia, qua agn  
scit Vrim & Thumim, id est, veram doctrinam I  
Christi, & ipsius integra Sacramenta non sine fa  
ctilegio mutilata ab Antichristo, quæ tantum ca  
ſint fulgidissima & perfectissima, perducunt e  
præludent nobis ad veram & cœlestem perpetua  
vitam, in qua Vrim & Thumim, non gemm  
AARON

Aaronicas, sed ipsum Filium D E I in nostra carne  
his oculis perpetuo intuebimur.

Ac sicut Aaron in pectore gestabat rationale  
ex Vrim & Thumim, siue ex lucidis & integris  
gemmais compositum: Ita omnium ministrorum est  
officium in Ecclesia, ut sint pectus populi D E I,  
recte, perspicue & integre interpretentur doctrinam,  
retineant verum & integrum intellectum  
duodecim articulorum fidei, ac doctrina, consilio,  
pietate & castitate morum suis præluceant audi-  
toribus & Typi sunt fidelium, 1. Timoth. 4.

TERTIO addebatur vestis serica siue hya-  
cinthina. Hæc erat tunica talaris, à collo demissa  
in solum ad pedes, conclusa omni ex parte, nisi ubi  
exertum erat caput cum brachijs. Hoc indumen-  
tum talare confectum erat, ita ut fimbriae inferiori  
mala punica & aurea tintinnabula appenderen-  
tur, ut ipso sonitu, tempore sui sancti ministerij, in  
ipso templo, posset exaudiri Aaron. Additæ sunt  
mina seuerissime, Ne moriatur.

Hoc sonitu 7 2. nolarum siue tintinnabulo-  
rum, in serica hac veste, adumbratum est mini-  
sterium Iesu Christi, quo ipse functus est in predi-  
catione Euangeli & miraculis edendis. Sicut n.  
Aaron mandatum fuit, ut sonora tintinnabula ge-  
staret in suo officio: Ita ad hoc missus est summus  
noster Pontifex, ut sonet, id est, predicer Euange-  
lium suum de placato Patre in cælis, ipsius unico  
placatorio sacrificio, qua in re ysus est non tan-  
tum ministerio Apostolico, sed septuaginta discipu-  
lorum voce quos Apostolis adiunxit. Ac sicut sonitus

ille, non tantum auditus est in sancto, sed etiam  
atrio : Ita Euangelium non in uno tantum angulo  
mundi predicatum est, sed sparsum est inter omni-  
nes gentes, ad salutem omnium hominum, ac vobis  
sua DEI Filius surdorum aperit aures, beatis  
quoque aperit, & reuocabit mortuos in vitam.  
Quo sono, quid altius, potentius, & clarior esse po-  
test ? Hac de Nolis cum cogitamus, in hac sensu  
mundi, latemur qua decet gratitudine & fide, ne  
vere beatos esse, cum hodie audire liceat, non vobis  
bratiles Aaronis nolas, sed manifestum, suauissi-  
mum & harmonicum Euangeli sonum, quod in  
re nunc sumus feliciores, quanto magis lux ten-  
bras, & dies noctem excellit. Monent & hoc nela  
Leuiticæ, illud requiri à ministris verbi, ne simus  
muti canes, ut Esaias loquitur. Vult n. D E V S, ut  
vocem doctrinae Legis & Euangeli perspicue sonau-  
rem, consensu Musico spargant, ut palam exaudiatur  
& propagetur confessio veritatis.

Q V A R T O , Tiara byssina quoque vel rotundata  
do pileo, formam exprimente diuisæ sphærae ex-  
nabatur Pontifex. Fuit hoc insigne pileum, quod  
Reges & Principes gestare solebant, velut corona  
& diadema regium, vnde Græci nominarunt eum  
diadip sive pileum regium. Hoc significabat  
Christum Dominum fore spiritualem regem, &  
omnes Sacerdotes sive Christianos, in ipso esse Re-  
ges, id est, dominari peccato, Satana, morti & mali-  
ferorum portis, ac regiam maiestatem obtineri  
iusticia & perpetua felicitatis. Huic vitta hyacin-  
thina, lamina aurea & acuminata affixa fuit, &  
constr

constringebatur ut esset velut corona capiti impo-  
rita. Ac addebat eis mandato D E I , hæc inseri-  
ptio, sanctitates Domini, vel Dominus sanctus, de  
qua scriptum est : Erit lamina semper in fronte  
eius, ut reconciliet eos coram Domino. Huius lami-  
na gestatio nullam habebat vim Magicam, sed tan-  
tum erat externa Ceremonia, qua nemo conseque-  
batur veram & celestem reconciliationem coram  
D E O omnium peccatorum, & in cœlum recipie-  
batur : sed tantum ad publica sacra admisi, cum  
summo Pontifice edebant confessionem, cuius  
essent Religionis, & quem D E V M profiterentur,  
simulq; respiciebant ad inaugurationem & vn-  
ctionem Iesu Christi, de quo promissiones editæ  
erant, venturum Regem & Sacerdotem illum san-  
ctissimum, sanctitatem sanctitatum, ut Daniel  
dicit, ad expiationem nostrorum peccatorum san-  
ctificatum à D E O Patre, ac nos per hunc verum  
D E V M & hominem consequiri condonationem  
omnium sordium & infirmitatum, quibus aduer-  
sus Legem D E I peccamus, assidue circumferentes  
hanc massam peccati.

Hic noster Pontifex solus in capite gestat ti-  
tulum, Iehoua sanctus. Ipse n. sanctus ille Domi-  
nus, propter quem sanctificamur, sicut ipse affirmat  
Iohannis 17. Ego nicipsum pro eius sanctifico, ut sint  
& ipsi sanctificati.

Q V I N T O , Tunica vtebatur stricta sive  
byssina, vt Iosephus ait, ex duplice sindone constra-  
cta, quæ corpori sine plica vel ruga usque ad crura  
descendens, adhærebat, Hoc vestis genus, externo

usu ad corporis munitionem spectans, & balbo  
sive nodulis constrictum, ad Christum optimam  
congruit. Is. n. diuina sua potentia ita undique  
munitus fuit, ut nulla vis aduersaria, vel, ut Pe-  
trus asserit, dolores mortis eum constringere &  
tenere non potuerint. Ac sua maiestate, robore &  
victoria triumphali impetravit nobis, ut omnia ipsius  
membra, sub hoc praesidio invictissimo sint invi-  
ta aduersus mortem, omnesque hostium phalanges  
modo latitemus sub christo & lorica vel munici-  
mentis munitissimis, summi nostri Pontificis.

Nec id negligendum est sexto loco, quod dicitur  
Cingulo sive Zona additur. Hac contexta erat tamen  
purpura, coco, byssus, hyacintoque, ad similitudinem  
pellis colubri, quae ad crura usque dependebat. Ho-  
balbo constringebantur vestes, ne diffuerent, &  
ut maiori agilitate, sine impedimentis, operas sua  
conficeret Pontifex. Hanc partem vestitus inter-  
pretatur Esaias cap. 11. cum ait: Erit iusticia cim-  
gulum lumborum eius & fides, id est, hic Ponti-  
fex erit verax, iustus, aequalis, & constans in ser-  
uandis pactis & promissis salutis nostrae.

Addebat etiam feminalia linea, expro-  
fusa causa, ut operiant carnem turpitudinis sue, in  
iniquitatis rei moriantur. Ita in publicis sacris, su-  
pœna mortis, Pontifici usum femoralium practi-  
pit. Ita .n. non tantum publicam honestatem in  
congressibus piorum spectandam, ordine & decen-  
ter omnia facienda esse voluit, sed & hoc agnosce-  
re voluit singulos, quod coram DEO nihil in noui-  
sit sanum aut integrum, & in tanta nuditatibus

turpitudine & deformitate, quam folijs ficalneis  
frustra tegere student primi parentes, configuen-  
dum esse ad Christum Pontificem, qui regumenta  
vera nobis subministrat indumentis iusticia sue &  
salutis, ne illa impuritas & turpitudo carnis offendat D E V M. Ac si qui haec inuolucra & ornamen-  
ta aspernantur, aut ridicula nimis & leuia esse du-  
cunt, quæ in verbo exhibentur & donantur, aut  
alia querunt perizomata, vt indecora & turpia  
contegantur membra, mortis culpam merentur.

De hoc officio Sacerdotali Messiae nostri, in-  
signe oraculum extat Prophetæ Psalmo 110. Iura-  
uit Dominus, nec paeniter eum, vt tu sis Sacerdos  
eternus ritu Melchisedech. Quasi dicat: Hac est  
D E I voluntas vera, iuramento sanctissimo muni-  
ta, vt statuas mecum indubitata fide Messiam no-  
strum, regnaturum in perpetuum, vnicum esse Sa-  
cerdotem & Mediatorem generis humani, propter  
cuius intercessionem & meritum preciosissimi sa-  
crificij, nos miserrimi vermiculi, recipimus, re-  
mittuntur nobis omnia peccata, & redditur nobis  
iusticia & vita eterna. Ac vt discernatur hoc Sa-  
cerdotium Christi à Leuitico, duo tribuit Messiae,  
primum eternitatem. Leuiticum .n. agnoscebat  
tantum esse Typicum, quod cum ipsa politia Chri-  
sto exhibito interiturum esset, ac contra huius Pon-  
tificis perpetuum fore præuidit, cum ipse sit ille  
eternus Sacerdos, qui ab initio statim post lapsum  
deprecatus sit, pro genere humano, lapsos in inte-  
grum restituerit, assidue oret pro Ecclesia, custo-  
diat eam, & eternorum bonorum participem  
F 5 reddat,

reddat, ut cum ipso aeterno Pontifice in perpetuum  
vivat.

Deinde & ministerium ipsum dissimile esse  
docet utriusq; Pontificis. Typum .n. peccatum  
non posuit tollere, aut mortem, placare iram DEI  
sacrificiis Leuiticis, reddere iusticiam & vitam  
aeternam, vivificare & sanctificare. Hic vero Pon-  
tifex, verum & Iesop offeret pro peccatis totius  
mundi, tollet peccatum & mortem, cuius imagi-  
nem in Melchisedech notam esse voluit D E V S. Si-  
c ut .n. Melchisedech siue Sem filius Noe vivens in  
Salem, postea dictam Ierusalem, a Sodomis &  
Miliaribus, redeuntem Abraham exceptit cibo &  
benedictione: Ita Christus verus est Melchisedech,  
Sacerdos ille, qui protulit doctrinam Euangely, &  
testatur, quod per & propter ipsum aboleatur pe-  
catum & mors, & restituatur iusticia & vita ater-  
na, per ipsius obedientiam Sacerdotalem & vi-  
tiam, non per Ceremonias traditas in Lege Mo-  
saica.

Hoc tantum beneficium Sacerdotalis officij &  
meritorij, cum sit duplici firmissima ancora mu-  
nitum, nobis fide applicemus, & memores simus  
dicti Tertulliani, qui in explicatione dicti Ezechie-  
li, viuo ego, his verbis vtitur: Bonum est paenitentia  
annon? Quid reuoluis? Deus pracepit, At ille prae-  
cepit non tantum, sed etiam hortatur, inuitat  
præmio ad salutem, iurans etiam, viuo dicens, cu-  
pit sibi credi. O beatos, quorum causa iurat Deus.  
O miserrimos, si nec iuranti Domino credimus.  
Ac Theodoreetus eleganter dixit: Decet pios testi  
fidei

sive digne aliquid assueranti sine dubitatione as-  
sentiri. Si n. hominibus affirmantibus se vera di-  
cere, etiamsi non addant sermoni iuramentum,  
credere solemus, quis adeo furiosus esse potest, ut  
non credat Conditori omnium rerum, præsertim  
iuramento interposito. Etsi n. alijs interdicit Iu-  
ramento, tamen ad declarandam consilij sui cer-  
titudinem immoriam, interponit iuramentum, ut  
per duas res immutabiles, validam consolationem  
habeamus.

De hoc discrimine, prolixè & eruditissimè ex-  
stat scriptum Apostoli ad Ebræos cap. 4. 5. 6. 8. 9.  
& 10. Ac fortassis precipua membra hoc ordine re-  
citari poterunt, ut primum constituatur ratione  
personæ. In veteri Testamento, Aaron cum suis po-  
steris fuit homo & quidem mortalis, & infirmus,  
multis magnis peccatis obnoxius, qui pro suis sordi-  
bus & totius populi vitebatur sanguinis aspersione,  
respiciens ad victimam huius nostri Sacerdotis. Sed  
longe alia est persona noui Sacerdotij. Ad hoc enim  
officium inauguratur ipse unigenitus Filius DEI,  
de quo aeternus pater clamat, Filius meus es tu, ego  
hodie genui te. Hic Sacerdos est verus DEVS, &  
verus homo, in una indivisiibili persona. Cum n.  
noster sit Sacerdos, & Mediator sit DEI & homi-  
num, nostram quoq; naturam humanam assump-  
sit, carnem & sanguinem, Ebræorum secundo, ac  
cum sit aeternus Sacerdos, verum eum DEM esse  
necessæ est. Hunc aeternus Pater ipse glorificat, sum-  
mo honore ornat, & Filium ex se & sua natura ab

eterna

eterno natum vocat. Hoc honore neq<sup>z</sup>, Aaron, neq<sup>z</sup>  
quisquam successorum ornatus est.

SECVNDVM est in ipsa vocatione, illi  
Mosaici Pontifices per homines vocabantur & con-  
secrabantur mandato diuino. Exod. 28. & 29.  
Meſſias vero agnus DEI immaculatus & incon-  
taminatus, ad hanc dignitatem praordinatus &  
electus est a DEO ipso immediate, ante mundi  
creationem, i. Petri 1. vt sacrificium & propitiatio  
esſet pro peccatis totius mundi, & ſeipſum hic pon-  
tifax offerret. Non n. ſolum peccata agnoscere da-  
cet, ſed & portat, tollit omnes mundi ſordes, ac ſuo  
ſanguine delet totius mundi peccatum. Aaron &  
omnes poſt iſum portarunt peccatum, Nume. 18.  
& iniuitatem, ac peccatis obnoxij fuerunt. Sed  
hic licet geſtet peccatum, rāmen non nouit propri-  
um peccatum, non eſt inuentus in ore illius dolus,  
oblatus eſt propter aliena peccata; nec pro ſuis  
peccatis quicquam obtulit & exoluit.

TERTIVM eſt ratione temporis. Pontifi-  
catus Christi cœpit in Paradiso, ante annos 5534.  
Homine enim mox poſt lapsum recepto in gra-  
tiam, & prolata promiſſione, hic conſtitutus eſt  
pro nobis hominibus in hiſ qua apud DEVM agun-  
tur, vt querat & ſeruet quod perierat, non vt con-  
demnet mundum, ſed vt mundus per eum ſerueretur.  
Veteris vero Testamenti cœpit ante annos 3081.  
Ante exhibitum Meſſiem 1508. & durauit tan-  
tum annis 1542. Tot enim ſunt anni ab exitu  
Populi, vſq<sup>z</sup> ad Chriſtum agnum pendentem in  
ara

*ara crucis, Exhibito enim Christo Domino, concidit & pergit tota illa Leuitica dignitas.*

*Q V A R T V M est ex ipso genere doctrinae. Ille n. constitutus à Moze fuit pædagogus in Christum, minister & custos doctrinae, siue depositi concreti. Hic vero natus in familia Iudæ, orator est æterni Patris, ipse est autor, reuelator, propagator & conseruator doctrinae cœlestis, præsertim vero protulit ex sinu Patris suauissimam vocem Euangelij, qua omnibus credentibus exhibet potenter vitam & iusticiam sempiternam, ac sanguine suo redemptos exaudit, iustos reputat, & donat vita aeterna.*

*Q V I N T V M est ex ipsis sacrificijs & modo sacrificandi. Aaron alienum sanguinem offerebat bircorum & taurorum, qui non poterat sanare vulnera conscientie, sed carnem tantum purgabat. Ideo ad Ebraeos dicitur. Impossibile erat sanguine taurorum & vitulorum auferri peccata. Vtebantur enim pī illo ceremoniali sanguine, sicut alijs signis & umbris futurorum bonorum, intelligebant venturam & mactandam esse hostiam ex semine Abrahæ, cuius unica oblatio est perfectio omnium sanctificandorum, credebant non propter ceremonias illas Leuiticas, sed propter exhibendum DEI agnum, se esse iustos & heredes vita eternæ. Etsi id notum erat Sanctis, se sacrificijs Aaronicis non posse mereri iusticiam & vitam eternam: tandem reuerenter seruabant illos ritus, quos propter mandatum diuinum seruari necesse erat, cum essent signa & commone factio[n]es de promissionibus datis,*

datis, & ut ederent confessionem, se esse membra  
vera Ecclesia, in qua DEVS tales instituisset ri-  
tus.

Hic vero Pontifex proprio suo precioso sa-  
guine mundauit nos ab omni peccato, i. Iohann. 1.  
& lauit nos, ac in sanguine Testamenti eduxit  
suos ex barathro aeternae condemnationis. Hunc  
sanguinem effudit, ad placandum DEVM Patrem  
in remissionem peccatorum, de quo ipse affirmat in  
institutione sanctissimae cœnae: Hic est calix noui  
Testamenti, in meo sanguine, qui pro multis effun-  
ditur in remissionem peccatorum, cuius figura fuit  
sanguis brutorum animalium, tot seculis ante  
effusus.

SEXTVM est ex repetitione Sacrificio-  
rum. Aaronicus Pontifex quotidie suum iterabat  
sacrificium, significans, quotidianis suis victimis  
peccatum non posse tolli, nec placari DEVM, nec  
quenquam esse perfectum, id est, iustum & bare-  
dem vite aeternæ. Hic quoque singulis annis ingre-  
diebatur semel Sanctum sanctorum. Sed noster  
aeternus Sacerdos Dominus Iesus Christus, seipsum  
semel in ara crucis obtulit, vnica oblatione con-  
summatu in perpetuum sanctificatos, & vnica sua  
hostia, semel pro peccatis facta, eternum Patrem  
placans, propiciator non tantum pro nostris pec-  
catis, sed pro peccatis totius mundi, confedit ad  
dextram DEI, & intercedit pro nobis, ac dona  
hominibus distribuit. Huic Pontificis preciosissima  
vnica hostia, agnus DEI reconciliauit nobis eter-  
num Patrem, & pro nostris peccatis semel oblata  
victi-

victima, in profundum maris omnia proiecta sunt,  
ita ut eorum amplius meminisse non velit D E V S,  
nec imputare redemis, iustificatis & ablutis hoc  
precioso  $\Delta\text{v}\text{t}\text{J}\text{es}\text{o}$  & sanguine Filij sui Domini nostri  
Iesu Christi.

S E P T I M V M discriminem est, ratione Durationis, Christo enim exhibito, caput aeternum Sacerdotium, & vetus est abrogatum Testamentum. Cum vero sit perpetuum, teneri non potuit doloribus mortis, sed per acto sacrificio, perfectissimæ spontaneæ obedientiæ, aeternam vitam ingressus est, in qua est aeternus Sacerdos Ecclesiæ suæ apud Patrem. Hinc sequitur, quod aeternum habeat cœtum & populum, qui ipsum pro Sacerdote agnoscat, in ipsum credat, de ipso deceat, ipsum constitutetur, ore & opere celebret. Hic Pontifex perpetuo colligit, seruat & custodit Ecclesiam, usq; ad extremum diem, contra potentiam mundi & portas inferorum, & in hac regnat efficaciter per vocem Euangelij, in cordibus credentium est efficax, aeterna & diuina bona nobis communicat, remittit perpetuo peccata, corroborat & confirmat pios, ut sint victores mortis, Diaboli & inferorum, aeternamq; iusticiam & vitam in ipsis inchoat. Ideo vere Pontifex magnus & aeternus dicitur.

O C T A V V M est in ipso Numero seu successione. Etsi enim unus tantum erat Pontifex per totam vitam: tamen eo mortuo successor alius. Ita plures certa quadam serie ex stemmate Aaronis Sacerdotium Leuiticum administrarunt, Sed Iesus

sus Christus vnicus tantum est Sacerdos, & manus  
Pontifex noui Testamenti, absq; ullo successore  
eternum, vt Psal. 110. predictum est.

NON V M est ex intercessione. Aaron ex  
quo tempore pro Ecclesia precabatur, Sed hic per  
tuo officio illo fungitur, ad Patrem accedit, inter-  
cedit pro nobis, saluat inuocantes merito &  
cacia. Huius Pontificis preces nunquam sunt irri-  
tae, semper exaudiuntur, propter ipsum intercep-  
tantem pro nobis, exaudit nos D E V S , proprie-  
tate, & inuocantes exaudit. Hunc igitur Pontifi-  
cem preeuentem, omnes inuocantes sequi, &  
fiducia ad thronum gratiae accedere debent.

DECIMVM est ex beneficijs, quae in utroque  
communicantur. Cum enim huius Sacerdotis per-  
sona sit eterna & immortalis, Domina omnino  
creaturarum, & omnia verbo potentiae sua modi-  
retur, bona etiam eterna communicat ipsi omnibus  
quorum est Sacerdos, id est, redemptionem a pecca-  
to & liberationem ab eterna morte, ac in latitudine  
tuorum resurrectione corpus nostrum humili-  
transfiguratum, conforme reddet corpori suoglori-  
oso, vt cum ipso in omnem eternitatem viuamus  
& cum tota Angelica & triumphante Ecclesia  
D E V M celebremus. Talia beneficia, res tanta  
celestes & eternas, nullum unquam Sacerdotium  
ne Mosis quidem a D E O constitutum, exhibet  
potuit. Fuit n. Aaronicum illud sive Leuiticum  
mortale, fragile & caducum, subiectum mortis &  
infinitis calamitatibus. Est igitur abrogatum, e-  
ad huius eterni Sacerdotis personam vice respon-  
ciendum

tiendum est, ab hoc solo tanta bona petenda sunt,  
& ipsius merito & intercessione est innitendum.

V N D E C I M V M est in ipsa applicatione  
& communicatione. Summus Sacerdos in lege sibi  
& populo applicabat sacrificium. Sed noster Pon-  
tifex non sibi sed Ecclesiae, & singulis credentibus  
suam applicat meritoriam victimam & obædien-  
tiam. Hic etiam impertit & communicat nobis  
suum honorem, cum a nobis pro summo agnoscitur  
Pontifice, tribuit mandatum docendi & consi-  
tendi pro vocatione, dat ius inuocandi, sed ita qui-  
dem, ut ipso Mediatore utamur, addens promis-  
sionem, de certa exauditione, simulq[ue] ius sacrifi-  
candi donat, id est, recipit nostram obædientiam  
in confessione, afflictione & bonis operibus, iuxta  
illud, *Vos estis Sacerdotium sanctum, ad offerendas*  
*hostias spirituales, acceptas DEO propter Chri-*  
*stum.*

D V O D E C I M V M est ex iuramento. Leuiti-  
cum Sacerdotium institutum est sine iuramento.  
Nostrum vero est sancitum & ordinatum religio-  
ne Iusiurandi, ut in Psal. 110. dicitur. Hinc dulcis  
consolatio & doctrina summi potest. Docet enim  
pulcherrimè nullam doctrinam aut cultum place-  
re DEO, nisi ab hoc summo Pontifice traditum,  
eumq[ue] cœtum duntaxat veram esse Ecclesiam, qui  
hunc Sacerdotem audit, eiq[ue] obtemperat, iuxta  
mandatum aeterni Patris, Hunc audite. Consola-  
tio vero est maxima, opponenda temptationibus, de  
indignitate & terriculamentis Sathanæ. D E V S  
enim non solum promittit, sed etiam iurat, se nobis

G plac-

placatum esse, per hunc Sacerdotem. Fides igitur  
hic vincere debet, omnes tentationes & dubita-  
tiones, nec non acquiescere in Christo Mediato-  
re, propter quem certum est, agentes pénitentiam  
D E O recipi & exaudiri.

De his discriminibus nunc prolixe dici non  
potest, & plura colligant sibi p̄y in lectione Episto-  
le ad Ebræos. Hunc enim nostrum Sacerdotem,  
longo interuallo discernendum ab Aarone, omnes  
homines recte agnoscere debent, qui ad hoc est con-  
stitutus, ut sit magnus noster aeternus Pontifex, ne  
assiduè eruditat de voluntate D E I, curam nostri  
agat, quod ægrotum est sanet, quod confractum  
est obliget, quod abiectum est reducat, & quod pe-  
rierat querat. Cum enim Ecclesia nihil aliud sit  
quam contubernium & vocatio misericordie infirmissimo-  
rum hominum, in quo multi ægroti, sauci, viato-  
res & miserrimi Lazari decumbunt, nemo in in-  
tegrum restitui potest, nec spes est vlla sanitati,  
nisi ad hunc Sacerdotem, Mediatorem & propi-  
ciatorem confugiat, qui ad placandum aeternum  
Patrem, & procurandis & tollendis nostris mor-  
bis & peccatis seipsum obtulit. Ac sicut primus gra-  
dus est ad sanitatem, agnoscere atrocitatem mali  
& morbi magnitudinem: Ita nos singuli intue-  
mur & deploremus nostra vulnera & peccatorum  
deformitatem. Nec ruamus in desperationem, ne-  
quaramus pharmaca Pharisæica siue traditionum  
humanarum, sed credamus hunc Pontificem à  
D E O ad hoc missum & vocatum, ut per ipsius san-  
guinem siue premium redemptionis, quaramus &  
inut-

inueniamus remissionem peccatorum. Id cum certa  
fiducia statuimus, aspergit cor nostrum sanguine  
sui sacrificij, quo eterna iusticia adducta est, ut  
coram D E O simus iusti, mundi & abluti ab om-  
nibus peccatis, remissa & tecta sint peccata, nec  
amplius nobis imputentur, sed Christi iusticia ad  
iusticiam nobis imputetur, ut simus filii & heredes  
D E I, & cohæredes huius magni Sacerdotis Filii  
D E I.

Hic Pontifex noster instituit sanctum mini-  
sterium reconciliationis, ut per hoc erudiamur, de  
illo omnium maximo mysterio reconciliationis no-  
stra, & vocemur ad agnitionem veram huius sa-  
cerdotis, siue ad aspersionem sanguinis Iesu Christi,  
ac doctrine Euangeli de remissione peccatorum,  
addidit Sacra menta, inuisibilis gratia visibilia  
signa & sigilla, ut de beneficiis Christi, qua hic Sa-  
cerdos magnus suo sacrificio peperit & promeruit,  
simus certi & in vero usu applicemus nobis. Hic ad  
dexteram D E I sedens indesinenter apud Patrem  
pro nobis intercedit, ac sicut exauditus est, pro re-  
uerentia, precatio nes & supplicationes offerens  
Patri pro nobis, cum clamore valido & lachrimis:  
Ita interpellantem nunc quoq; pro misericordia peccato-  
ribus, exaudiens, omnia q; à Patre donari, qua no-  
stro nomine petit, aduocatus & intercessor noster,  
certissimum est. Nec ipse solus pro nobis interpellat,  
sed & munus Sacerdotale interpellandi & interce-  
dendi pro alijs, nobis communicauit, aditum pate-  
fecit ad Patrem, ut nos ipsi per hunc Pontificem  
magnum accedamus cum fiducia, ad thronum

gratia, clamantes, Abba Pater, & libertatem ha-  
beamus audeundi in sancta, per sanguinem I E S V,  
in certitudine fidei. Hæc dignitas nostra, & am-  
plitudo tanti boni assidue cogitanda est, & cele-  
bremus gratis suspirijs D E I bonitatem, qui non  
tantum nudo & simplici verbo hunc nobis dedit &  
constituit Sacerdotem, sed per proprium iuramen-  
tum collocauit Filiū à dexteris suis, ut sit pignus  
perpetui constantis & immutabilis amoris, erga  
omnes miseros homunciones, Euangelio creden-  
tes. O quanta est nostra felicitas, qua nihil melius  
& preciosius peti & exoptari potuit aut continget  
te hominibus, quod nimis talem magnum habes-  
mus Sacerdotem, & quidem aeternum, qui est Fi-  
lius D E I, & perpetuus est noster Mediator & ad-  
uocatus apud D E V M.

Hæc propter Scholasticos de amplissima do-  
ctrina, in hac collatione, breuiter repetere volui,  
vt me & alios erudiam ac confirmem de officijs  
summi nostri Pontificis, quem in lege Mosaica insi-  
nitis modis adumbratum esse ostendimus, hac qua-  
licunq; narratione. Agimus autem o aeternæ &  
Clementissime Pater, tibi, quas possumus, maxima  
gratias ardentí pectore, quod unicum tuum Filium  
constituisti magnum & aeternum Pontificem ge-  
neris humani, qui pro nobis semetipsum obtulit in  
ara crucis, vt ipsius sanguine purificemur ab om-  
ni labo menstrua, cumq; sanctissimo iuramento  
affirmaris, te per hunc Sacerdotem velle nobis  
communicare omnia cœlestia vite aeternæ bona,  
oramus, vt per Spiritum sanctum nos gubernes,  
quo

quo certa fiducia apprehendamus thesauros acquisitos merito Christi, ad ipsius victimam fide respiciamus, credamus nos per hunc Mediatorem consequi remissionem peccatorum, & gratiam inuenire ad oportunum auxilium, tu, quæsumus, per hunc Pontificem nos in gratiam recipias, assidue doceas, sanctifices, iustifices, protegas, regas, & tandem dones vita æterna, ut in sinu summi nostri Sacerdotis, cum omnibus electis regalis tui Sacerdotij, te verum

D E V M perpetuis laudibus celebremus.

Amen.



the author's manuscript was lost. A copy  
of the original manuscript is in the hands of the  
British Museum, and two versions have  
been published. The first is the original work of  
the author, containing an outline of his  
views, and the second is a summary of the  
same views, written by a member of the Royal  
Society, and published in the *Philosophical  
Transactions*.

London, 1712.

Printed for the Author.

—



COMMO  
NEFACTIO  
DE ARCA FOEDE-  
RIS, VETERIS ET NOVI  
TESTAMENTI, RECITA-  
TA in Encænijs Scholasticis no-  
ui Gymnasij Brande-  
burgensis.



Oloquitur FILIVS DEI  
cum Ecclesia & Scholis, ex  
gentibus extuctis, per Esiam  
Prophetam suauissimis verbis  
promissionum, quæ omnibus  
pijs, in hac tristissima delira-  
senepta mundi, nota esse de-  
bent. En, ait, ô Pauperala, tempestatibus obruta,  
vel iactata, & consolatione destituta, ego struam  
ordine lapides tuos ex succo, vel succo purpureo (vt  
in fontibus legitur) & fundabo te in Saphiris, se-  
nestras tuas è Chrystallo faciam, & portas tuas ex  
lapide rutilantibus igne, & omnes fines tuos lapi-  
des preciosos sive desiderabiles. Et omnes filios tuos  
doctos à domino, & multa pax erit Filii tuis. Iu-  
sticia firmaberis (vel in iusticia preparaberis) &  
longe aberis à vi seu calunnia, nec ullum timebis,  
sicut nec pauorem, qui non appropinquabit tibi.

G 4

Ecce

Ecce militando militabit sine me, & qui militabit  
contra te, ille cadet.

Hac memorabili concione, Dominus ipse redemptor noster, omnes credentes nullis non siccus alloquitur, & animos fidelium commouere studet, ut cum versentur in maximis miserijs, calamitatibus & periculis huius mundi, spem fide concipientes statuentes DEV M usq; ad extremum momentum reditus Filij sui seruaturum Ecclesiam, exornatam vera religione, & studijs bonarum artium varijsq; donis docentium & discentium, qua quidem carbunculum, Saphirum, Chryſtallum, aliosq; lapides preciosos & auro rutilantes longe exuperant. Verè hoc tempore quid aliud est Ecclesia, cum omnibus suis membris, ulceribus infecta cum Lazaro esuriente, iacens in vestibulo adiunctorum disiuitis epulonis, quam catus squalidissimus coram mundo non pauperum sed pauperculorum, qui omnibus expositi sunt tempestatibus, & ferè fluctibus obruntur tempestuosi maris, Ac sicut nautæ in extremis periculis tempore naufragij viuunt, amissa cra ancora & tabulis coincidentibus nauium deferrant de incolumitate vitæ: Ita & nos hodie, eadem nauicula consistentes, rationi nostra & causis suis iudicio, omni consolatione, deserti à causis suis cundis, destituti esse videmur.

Etsi vero talis sit status hodie nostra navigationis & curriculi, non tamen desponeamus annum, vela & remos non abieciamus, sed præsentem bono animo faciamus singuli, que vocationis rati exigit, & sicut nautæ tempestate hinc inde impetrat

fortiter coniungunt studia, ut vita consulant & portum expertunt, post duros & periculosos labores: Ita nos quoq<sub>z</sub> confugiamus, arripientes fidei ancoram & spei certae mitigationis & liberacionis, ad nostrum inuictissimum Iasonem, ipsi commendemus nostræ fluctuantis cymbæ gubernationem & defensionem, qui verax est in promissionibus, & hic pollicetur, se omnibus propris ad futurum esse, erepturum nos ex præsentissimis malorum procellis, ut contra omnes iniurias defendamur, & ex hac valle lachrimarum eluctati, perueniamus ad cœlestem vitæ portum, in quo non aureo illo vellere Argonautico, sed aeternæ Academia beneficij, purpureo sanguine Christi partis, donabimur.

Hanc suauissimam & validissimam consolationem, ut magis mentes nostras moueat & erigat, illustrat pulcherrimis figuris, quæ ab ædificijs & preciosis sumuntur lapidibus. Affirmat enim Dominus, non tantum Ecclesiam ex gentibus, omniumq<sub>z</sub> terrarum populis collectam, fare felicissimam sub ipsis alis & umbraculo, ut ex miserrimo, ex infelicissimo statu, in beatissimum & tranquillissimum locum collocetur: Sed & hoc pollicetur, Ecclesiam illam futuram esse palatum splendidissimum, ex preciosis constructum lapidibus, cuius ipse fit architectus & lapis angularis ac fundamen-tum perpetuum, quo & Petrus respexit in 1. cap. 2. vbi nos lapides vocat, superstructos super Christum, lapidem viuum in domum spiritualem.

Quamuis igitur coram mundo prorsus obscuro loco, arenosis fundamentis innitens, latere

videatur Ecclesia, & potentes Filii huius seculi sua  
admirentur aurea theatra : tamen vere Ecclesia  
coram DEO splendidissime est ornata purpureo  
indumento salutis, & fundamentum habet gem-  
meum. Carbunculi quo sit natura, docent Physici:  
Gemma est preciosa, quae ignem non sentiens, a se  
militudine ignis nomen accepit, unde & pyropus  
dicitur. In ignem si coniiciatur, quasi intermor-  
tuus extinguitur, contra aqua perfusus exardescit,  
intus fulgens multis aureis guttis, saepe etiam pur-  
pura & coccinei coloris speciem prahens, incale-  
scens solis radiis, aut digitorum attritu paleas at-  
trahit, lucet in tenebris tanquam carbo, si aqua  
limpida imponatur. Hic lapis a Gracis Antrax di-  
ctus, magnas habet vires diuinitus impressas, ad-  
uersus omnia venena & incantationes. Sapphirum  
colore referens cœlum, aureis punctis lucem refert,  
& serenitatem firmamenti exprimit, cum ca-  
lum est stellatum, ac singularem habet virtutem  
castitatis, quam in hominis natura excitat, ne  
non refrigerandi & confortandi cordis humani.  
De Crystallo lapide, qui ex niue glacieq[ue] oritur, hoc  
referunt Physici, quod sitim restinguat, & vitra  
optimaq[ue] vasa inde conficiantur, quae cum fran-  
guntur, nullo modo sarciri possunt. Haec gemma  
alijsq[ue] lapides ignei, rutilantes & preciosi, pingunt  
Ecclesiam, que professione sana doctrina & virtu-  
tum studijs, varjsq[ue] donis Spiritus sancti splendet,  
ac omnium gemmarum splendorem exuperat. Fa-  
cit & Ameristi mentionem, ex quo porta huic  
aditui extrahatur, cuius color sit igneus. His gem-  
mis

mis cum exprimantur ornamenta Ecclesia &  
Scholarum, orandus est Filius D E I ardentissimo  
gemitu, vt in hac patria, quæ vere paupercula ia-  
ctatur multis tempestatibus & difficultatibus, flo-  
reat Ecclesia, & hac Schola nostra, hodierna die  
commendanda supremo gubernatori omnium  
Scholarum, quæ nullum aliud fundamentum agno-  
scit, veræ salutis & aeternæ vita, quam ipsum Fi-  
lium D E I, de quo gemmæ excellentes Prophetæ &  
Apostoli dicunt, & quidem splendidissime fulgeat,  
fenestræ Chrystallinis, Sapphyreis & igneis, vt per  
ministerium verbi discutiantur tenebra idolatriæ,  
pellantur venena Satanae, & in cordibus nostris  
illucescat Lychnites, Sol iusticia, & communicen-  
tur per Chrystallinas fenestras sane doctrina illa  
omnia, quæ veram afferant eruditio[n]em & sa-  
pientiam, operante & illuminante corda nostra  
Spiritu sancto, per verbum Propheticum & Apo-  
stolicum.

Tu igitur ô Fili D E I respice nostros gemitus,  
fatemur toto pectore, nos verè esse pauperculos  
multis modis, & nostram cymbam hinc inde agi-  
tari, ac dignos esse grauissimis supplicijs, simulq[ue]  
cum ignem rutilantem & consumentem iræ diui-  
nae, tuo sanguine consperseris, ne absumamur, pre-  
camur, vt in his terris & in hac vrbe sanctum tibi  
semen colligas & serues, vt inter nos quoq[ue] diuinæ  
tua gloria palatum extruatur gemmeum, quod  
veris ornamenti generis humani, id est, pura re-  
ligione & optimarum artium studijs floreat, ac  
ad extremum usq[ue] diem splendeat pellucidis Chry-  
stallinis

stallinis fenestris sincera doctrinae Prophetica &  
Apostolica, cuius summam comprehensam in Au-  
gustana confessione, in hac Ecclesia & Schola, su-  
vili corruptelis & venenis, sonare latamur: Tu  
doceas nos omnes, & illumina corda omnium de-  
centium & discentium, ut tua illustratione simi-  
lapides rariantes & fenestra pellucenes diuina  
sapientia, ac nos ex gremio matris, Ecclesie mil-  
tantis, recipe in finum cœlestis Academiae, ut  
splendidissima Ierosolima, tua aeterna luce, lati-  
& radiorum gaudis perfusi, pace perpetua, ca-  
triumpho, fruamur, deuictis omnibus, qui calun-  
nias, violentia, & Tyrannide conspirantes ador-  
sus te, funditus Ecclesiolum pauperculam nimis, &  
fluctuantem, excindere student.

His præmissis pio studio, consolationi &  
precationis causa, affero in hunc congressum pio-  
rum, dignam consideratione materiam, de Ari-  
fæderis, noui & veteris Testamenti, qua cum hu-  
festiuitati congruat, & Scholasticis nota esse de-  
beat, amanter omnes oro pietatis amantes, &  
historiam, quam hodie in hoc novo Gymnasio pro-  
ponemus, benigno animo & placida mente exi-  
piant, linguamque infantilem & balbutientem, par-  
ca de rebus maximis differentem, Oratori aeterni  
Filio D E I, commendent, ac studium qualecumque  
exornantis hoc nouum domicilium, & Angelorum  
contubernium boni consulant.

Refert autem antiquissimus historiarum  
scriptor & veracissimus sanctus Moses, populus  
Israeliticum circa annum mundi 2453. du-

Filio D E I erexit Tyrannidi & sauvia Pharaonis, cum sedisset in fornace ardente Aegypti annis quadringentis, ac stupendis miraculis ductum esse per mare rubrum, & in exilio vagabundam illam & exulantem multitudinem oberrasse, annis quadragesima, donec terram promissam maioribus ingrederetur. Hic singulari sapientia decreuit statim Dominus, Leges proponendas populo omnis generis, ut ad prescriptam diuinæ voluntatis regulam & normam viuant singuli, & intelligant quomodo non ex rationis arbitrio, sed iuxta pates factiones D E I viuendum sit, & cultus instituendi placentes, iusticia administranda, & ceremonijs congruentibus professioni ipsorum seruiendum sit. Ipse igitur D E V S, magna maiestate sese reuelans in monte Oreb, repetit æternam iusticia regulam, D E C A L O G O inclusam, discernentem non recta à rectis, & horribiliter irascentem contumacibus, quæ insita erat rationali creature in prima statim creatione. Cum enim hic radius legis moralis, & flammula diuinæ illius sapientia, ferè perierat lapsu & contagio primorum parentum, & obscuræ vix scintillula in paucis lucerent, toto mundo densissima caligini Idolatriæ & flagitorum inuoluto, prodit ex inaccessa sua luce D E V S & renouando semina imaginis nobiscum nata, repetit ipse per F I L I V M Mediatorem, decalogi doctrinam, obligantem omnes homines, sine discrimine, ad perfectam obædientiam erga D E V M, & integrum conformitatem cum voluntate diuina, ac

na, ac reijcentem & damnantem omnes, huic sapientia dissimiles.

Huic sapientia renouata & repurgata sub jungit mox Dominus D E V S illa omnia, quæ politicam & forensem illius populi gubernationem necessaria erant, Leges nimirum de externa disciplina, Magistratu, pœnis blasphemia, furorum, periury, seditionis, homicidij, adulterij, distinctione facultatum vel dominiorum, de hereditatum distributione, ordine iudiciorum & similes.

TERTIO Loco constituit D E V S leges pulcherrimas de Ceremonijs, tabernaculo, sacrificijs, festiuitatibus & publicis congregationalibus Religionis causa. Prescripsit etiam sacerdotibus Leuitis, quibus Ecclesia, sacerorum & Scholarum cura commissa erat, ut seruato temporum & exercitiorum ordine, omnia decenter fierent, & pilare indies, Typi & umbrae proponerentur populi maximarum rerum, quæ exhibito Messia, in plenitudine temporis, sine figuris, expectanda essent. Omnia enim illa exercitia Ceremonialia & Sacrificia Typica non erant instituta hoc fine, ut imparent peccata generis humani, aut essent iusticia coram D E O, sed ut essent commonesctiones de Messia venturo, aliam esse victimam expectandam, quæ æternam iusticiam allatura essent credentibus.

In hac constitutione inter alia infinita, in primis Apostoli iubent, ut aspiciamus & diligenter consideremus, nobis liberrima nunc concessa potest.

state ingressus in Sanctum sanctorum, que de ex-  
truenda arca fœderis, Testamenti seu fortitudi-  
nis, D E V S ipse accuratissimus & seuerissimus le-  
gibus præscripsit Moysi, & picturam viuis coloribus,  
cum huius cistula, tum totius tentorij exhibuit in  
Monte. Hac enim A R C A Mosaica, non fuit illa,  
quam Noâh annis centum ante diluvium extru-  
xit, & in qua sub alis Filij D E I seruatus vixit,  
velut in carcere, integri anni spacio: Sed fuit san-  
ctissima D E I cista & diunum monumentum  
velut bibliotheca & penu præcipuorum thesauro-  
rum illius temporis, quam non temerè suo consilio,  
sed diuino mandato & iussu, Geometricis rationi-  
bus & præscripta certa forma, extrui voluit  
D E V S, vt in hac asseruarentur res preciose, & ad  
hanc subinde respicerent omnes, visibili illo Sacra-  
mento incurrente in oculos, D E V M, qui ad hanc  
arcam sese alligarat, præsentem vere adesse suo  
populo, gementium exaudire vota, & in rebus du-  
büs responsa & oracula communicaturum sese in-  
terrogantibus, publico hoc testimonio edocti &  
confirmati, statuerent.

Nec concessum erat Moysi, vt pro libitu ex-  
quauiis materia, & forma ab homine inuenta, Ar-  
ca, illa diuina sedes extrueretur, sed Dominus ipse  
proportionem singularium partium, figuram &  
materiam præscripsit Prophetæ, nec ab exemplari  
in monte proposito, ne pilum quidem latum recede-  
re voluit cum seuerissimo mandato, quod bis repeti-  
tur, Fac secundum exemplar, quod tibi in monte  
monstratum est. Forma igitur fuit quadrangula-  
ri ex-

ri extruenda, longitudine duorum cubitorum cum  
semisse, Latitudine vero vnius cubiti & dimidij,  
altitudine cubiti & semissis. Materia fuit ex li-  
gnis Sittim vel Cedri, vt aliqui opinantur & au-  
purissimo, quo intus & foris obducenda erat.  
vtroq; latere, per duos circulos, vectes inseri-  
erant, vt commode gestari posset, castris mutati  
Israëlitarum, eratq; lege sancitum, ne vñquam ex-  
traherentur. Hæc arca tantum gestabatur a sa-  
cerdotibus, nec extracto tabernaculo constitui-  
nis, siue templo portatili, vñquam vlli appareba-  
mortaliū, nisi soli summo Sacerdoti, semel  
anno incensum oraculo inferenti. Velo enim inno-  
uebatur, & recondebatur tegumentis, vt velli-  
tantum prominenter, quibus ferebatur, que ob-  
scure in ipso sancto postea propius assistentibus no-  
nihil, conspicui erant, vt ex 3. Regum 4. cap.  
manifestum est.

In hanc arcam deposita Moses, testimonio  
DEI, id est, duas lapideas Decalogi tabulas, v-  
nam Manna, & Virgam Aaronis florentem, v-  
erisimile est, huic thesauro additas esse promissa-  
nes Euangelicas, Patribus datas, de venturo Messia  
quem imprimis significabat thronus gratia, in  
arcæ impositus, qui Propiciatorium dicebatur.  
Erat enim operculum valde preciosum huius ar-  
cae confectionum ex auro purissimo, cuius quantitas &  
ca congruebat, cui & aliae appellations tribu-  
bantur, oratorij & oraculi. Oratorij scilicet, ca-  
DEVS inuocantium ibi preces se exauditur  
promiserat, tum quia se ibi propitium futurn  
populi

pollicebatur: nec non oraculi propter responsa,  
confilia & vaticinia, quæ ibi reuelabantur sanctis  
homini bus. Huic arce non tantum corona erat im-  
posita in superior e parte, per circuitum, sed duo si-  
mul aurei Cherubim extracti erant, consistentes  
in utriusq; operculi lateribus, ut suis expansis aliis,  
utrumq; latus eius contegerent, seseq; mutuo versis  
vultibus in propitiatorium, contuerentur.

Ad hanc ARCA M oraculorum & mysterio-  
rum diuinorum subinde inuocantes respicere voluit  
Dominus, & dirigi gemitus ad illum unicum &  
verum D E V M, qui se se patefecisset in illo populo,  
& multis miraculis & beneficijs fædus arce impo-  
situm confirmasset, unde & arca Testimonij Nume-  
ri dicebatur. Inde, inquit, Dominus, 2. Regum 6.  
loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio  
duorum Cherubim, qui erunt super arcam testi-  
monij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israël.

Huius Thesauri & cistæ causa, singularis  
locus sacer extractus est, quo templi loco usq; ad  
tempora Salomonis, ante ingressum in terram Ca-  
naan, & templi adificationem, vxi sunt. Cum  
enim uno tantum in loco, publici congressus, in  
conspictu huic arce doctrina & sacrificiorum  
causa, ad retinendam concordiam & consensum,  
celebrandi essent, & constaret certo, quo in loco arca  
illa sanctissima querenda esset, & sacra perage-  
rentur, huic thesauri causa, omniumq; sacrarum  
rerum nomine, hoc tentorium extrui precepit  
Dominus, quo vtebantur annis quadraginta in de-  
serto non tantum, sed postea quoq; annis 478.

in terra sancta, quo completo tempore, & finis  
periodo Imperiorum, concidit & abrogatum, in  
eiusq; locum templum splendidissimum a Salomo-  
ne, D E O permittente, repositum est.

Tentorij vero illius pars omnium sanctissima  
& religiosissima ac præcipua erat, hac D E I arca:  
qua in Sancto sanctorum afferuabatur summa re-  
ligione & reverentia. Erant enim tres partes ts-  
bernaculi, Prima dicebatur Sanctum sanctorum.  
In hoc ingrediebatur, non nisi semel summus Pou-  
tifex, in quo afferuabantur & reposita erant, atque  
fœderis & propiciatorum. Nonnulli addunt ex  
authoritate Apostolica, thuribulum aureum, quod  
tempore Mosis impositum erat altari deaurato, ex-  
tructo ante velum in sancto, ut ex 4 o. Exodi cap.  
colligi potest.

S E C V N D A pars huius Tentorij erat  
S A N C T U M, in quo mensa, altare thymiamatu:  
& candelabrum collocabantur. In hoc quotidie  
Sacerdotibus patebat aditus, per vices sacra facien-  
tib. seu ministrantib. in hoc templo. Mensa instructa  
erat panibus Propositionum, ad latus australe. Ex  
opposito eiusdem lateris, versus austrum, Candela-  
brum aureum conspiciebatur. In medio, ante velum  
& arcam, positum erat altare aureum thymiam-  
atum, quod sacris suffimentis consecratum erat.

T E R T I A pars erat atrium, cuius spaciū  
erat satis amplum, & pulcherrime tabulis, colum-  
nis, tapecys, auro & alijs rebus preciosis exornatum  
erat. Sicut autem Sanctum sanctorum, a sancto  
dirimebatur per velum preciosissimum, in quatuor colum-

columnis argenteis suspensum : Ita sanctum quoq;<sub>3</sub>  
ab atrio cladebatur , & distinctum erat velo se-  
cundo, & ipso precioso, quod quinq;<sub>3</sub> auro obductis  
columnis sustentabatur. Non procul ab hoc secundo  
velo aram holocaustorum collocata erat , & inter  
aram illam ac velum positum erat labrum , è quo  
rem sacram facturi , se abluebant Sacerdotes , ne  
rem tantam illotis aggrederentur manibus. Ad ip-  
sam aram Sacrificiorum , ex omni parte prospe-  
clare poterat populus , qui contemplandorum sa-  
crorum & cultuum diuinorum causa aduenerat.  
Hac fuit structura præcipuarum partium huius  
templi Israëlitici , quod tunc erat vnicum & om-  
nium florentissimum , in toto orbe terrarum , &  
quidem sacrorum causa institutum , multas habe-  
bat vtilitates.

Hoc enim tentorium vtile erat , ad vnitatem  
fidei Catholicae , cum alendam , tum retinendam ,  
cum hoc vnioco , velut vinculo firmissimo , primum  
D E O & cultui eius alligati erant Israëlite , dein-  
de ipsi quoq;<sub>3</sub> inter se constringebantur Israëlite ,  
vt vnius religionis socij & membra se esse profite-  
rentur. Ad hunc locum sacrum , totus populus colli-  
gebatur , tanquam ad vnam parochiam , & vnitate  
fidei & confessionis seiungebat fæse ab omnibus gen-  
tium Idolatriis & impuris congregationibus. Sta-  
bat hoc veluti palatium D E I & supremi Regis in  
medio populi , diuinæ præsentie testimonium , vt vel  
hoc modo & signo incurrente in oculos , fides popu-  
li confirmaretur , D E V M sibi delegisse eo in loco  
sedem carissimam , & cum in medio ipsius habita-

ret, & vere præsens esset, omni timore & reu-  
rentia colendum esse verum D E V M, moneret.  
Quin & hoc in loco monere voluit Dominus, in  
quotidiano Sanctorum precum thymiamate hic se  
exauditurum preces gementium, & vota fide-  
lium supplicum.

Nec dubium est, hoc splendido ædificio adum-  
bratam esse Ecclesiam visibilem hic in terris, quam  
omnibus seculis sibi in genere humano colligit Filius  
D E I, vt sit cætus aliquis, amplectens & propa-  
gans verbum diuinitus traditum, per quod tan-  
tum & non aliter D E V S efficax est, & habitat  
in credentibus, inuocantes exaudit & defendit, ac  
in omnibus periculis consolatur, tandemq; vita  
eterna donat. De hoc canit Prophetæ, Psal. 83.  
26. 14. & alibi. Singulos quoq; Israëlitas & nos  
omnes monere voluit D E V S, vera pietatis studio-  
sos, nihil aliud esse, quam splendidissima theatra  
diuina maiestatis, & templa ornatisima, in qui-  
bus ipse Dominus habitare velit. De his inquit Chri-  
stus Iohann. 14. Si quis diligit me, sermonem meum  
seruabit, & veniemus ad eum, & mansionem  
apud eum faciemus. Et Apostolus ait: Templum  
D E I estis. Item, vos estis templum D E I viuentis,  
sicut dixit D E V S, Inhabitabo in eis. Constitutum  
fuit & hoc fine, vt Israëlitas & nos omnes mone-  
ret de sanctissimo tabernaculo, cœlestis Academie,  
cuius aditum verè in locum sanctissimum, patefecit  
nobis Christus summus noster Sacerdos, ingressu  
suo in cœlum ipsum. Huc respexit Apostolus, cum  
ait 1. Corint. 5. Scimus, quod si terrenum nostrum  
taber-

tabernaculum destructum fuerit, tabernaculum,  
non manu factum, aeternum in celis habebimus.

POSTREMO & hic vsus erat Tentorij, ut  
esset locus singularis arte munitus, & magna indu-  
stria extructus, in quo res sacrae, velut thesauri di-  
uinæ sapientiae & magnorum miraculorum D E I  
asseruarentur & posteris traderentur. Sicut enim  
homines, suis vtuntur tabernaculis & cistis, accu-  
rately munis, & in illis res proprias studiose recon-  
dunt & asseruant: Ita hunc locum constituit  
D E V S. ut illo ipso custodirentur excellentia &  
veritas Ecclesiae Israëliticae, arca Domini, propi-  
ciatorum, Cherubim & alia, quorum allegoriam  
breuiter Scholasticis commemorabo.

Totam autem illam arcam, Sancto sancto-  
rum inclusam, Ecclesiam omnium temporum signi-  
ficare dubium non est. Hæc est sanctissimus ille coe-  
rus Populi D E I, cum quo pactum aeternorum bene-  
ficiorum fecit expresso verbo, & huic thesauros  
mysteriorum salutis nostræ concredidit. Sicut enim  
Arca custos erat tabularum, Manna, & Virgæ  
Aaronis: Ita Ecclesia cum Scholis custos est Legis  
& Euangeli, omniumq; Sacramentorum & cul-  
tuum diuinorum, nec non est fidelissima mater in  
asseruando deposito librorum Propheticorum &  
Apostolicorum, in quibus legem suam & testimo-  
nia patefecit D E V S, Esiae 8. cap. ad quæ vnicè  
alligati esse debemus.

Ac sicut ex auro mundissimo confecta est ar-  
ca, & lignis Cedrinis, vel albæ Spina: Ita Eccle-  
sia aureis beneficiis & meritis solius Christi propi-

ciatoris tegitur, & recta ipsius iusticia placet  
DEO, auroq[ue] carior estimatur, simulq[ue] est lignea,  
multas circumferens secum in hoc testaceo fragili  
corpo, imbecillitates, morti obnoxia alijsque  
miserij subiecta est.

Thesauri in hanc arcam reconditi, thesauros  
Ecclesiae, omniaq[ue] salutaria fidelium bona pingunt,  
quae nō sunt querenda in Aristotelicis alijsue philo-  
sophicis Scholis, aut apud homines diuinæ sapientia  
contemptores, vel in cista indulgentiaria Romana,  
sed tantum in hoc cætu & Sancto sanctorum in Iesu  
Christo, qui in cœlis versatur, cuius hic quoq[ue] di-  
uinitas adumbrata est per aurum purissimum, hu-  
manitas vero per lignum Sittim, id est, Cedri vel  
alba spinae. Carnem enim nostram peccatrici simi-  
lem assumpsit, veram quidem nostram, sed non  
peccatricem, nulla in eo spina peccati existente.

Ex hac arca instructissima & munitissima  
depromunt p[ro]p[ter]e quæcunq[ue] ipsis bona sunt necessaria,  
& seruatur multis miraculis, vt his thesaurus simus  
instructi. In Christo, teste Apostolo, repositi sunt  
omnes thesauri Ecclesiae, ipse ex sinu aeterni Patris,  
nobis sapientiam reuelauit salutis nostræ, ipse est  
alimentum piorum, panis vita de cœlo descendens  
viuus, vt de ipso comedens, in aeternum viuat, ip-  
se seruat floridam Aaronis virgam, sanctum mi-  
nisterij verbum, sedens ad dexteram Patris, &  
fungens ipse aeterno sacerdotio, pro nobis in cœlo in-  
tercedit.

Corona huic Arcæ imposta, Regiam digni-  
tatem Christi & Ecclesiae sue significat, Paulo &  
Petro

Petro teste. Ipse enim Christus Dominus est Rex noster, qui totum genus humanum, inuictissima potentia, ex saucibus Satanae sanguine foderis siue noui Testamenti, & ex lacu extraxit, in quo nulla erat aqua, & nobis dono dedit eandem potentiam, ut in ipso triumphemus & vincamus omnes hostes, omniaq; mala exuperemus. Et de hac scriptum est, Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi vitæ coronam.

Arca additum & impositum fuit Operculum, siue sedes quadam, dicta propiciatorium: Eratq; tabula ex auro consecra purissimo, quæ Christum significabat, ut Paulus docet Rom. 3. & Iohannes in prima Canonica cap. 2. Est enim ipse thronus gratiae & propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed pro peccatis rotius mundi. Ac sicut lamina illa aurea contegebatur ARCA: Ita Ecclesia tegitur aduersus iram D E I Mediatore nostro velut vmbraculo, de quo Esaiæ 4. dulcissima promissio extat: Erit protecțio super omne quod gloriosum est, & erit tabernaculum præbens vmbram, interdiu aduersus aestum, & perfugium atq; tegumentum contra tempestatem & pluuiam. Huic propiciatorio addita est promissio, inde editurum oracula D E V M, locuturum esse & exauditurum, ut significaretur, D E V M per & propter hunc propiciatorem nos recipere, saluare, exaudire, loqui nobiscum, & ex Sancto sanctorum reuelari arcanum decretum redemptionis nostræ, & huc respexit Propheta, cum inquit: Beati quorum tecta sunt peccata.

Supra hanc tabulam, stabant duo Cherubim, alas iungentes & sese contuentes. Erant enim Cherubim, imagunculae alatae, quæ humanam speciem referebant, cui aë addita erant. Ita enim nonnulli vocabuli Etymologiam intelligunt, ita et Cherub imaginem significet seu similitudinem representantem pueri alati speciem. Alij in genere Cherub vocem, de qualibet re alata seu volante interpretantur, vnde etiam ad nubes transferuntur. His imagunculis adumbratum est, Angelos magnorum admiratione intueri mysteria liberationis nostrae, Petro teste, ipsos quoque Angelos bonos custodes esse Scholarum & ministrorum Euangelij, obumbrare suis aliis propitiatorium, id est, ad nutum Christi sese componere, & veluti alatos, est, promptissima & velocissima obedientia & militate, seruire D E O, & huius arca Ecclesie & piarum Scholarum, quæ huius sunt seminarii & riuali, custodes esse fidelissimos, significatum est simul ministerium doctrinæ in utroque Testamento. Sicut enim hic aë sunt coniunctæ, & facies se mundo continentur: Ita consensus est perpetuus Prophatarum & Apostolorum Actor. 10. ac unus e Scopus omnium, & digitus monstrans agnacum D E I, tollentem mundi peccata. Humana species & hoc significatum esse existimo, D E O placuisse studia parvulorum, infantorum & lactentium ita quidem ut ore balbutientium regnum suum in terris constituat & corroboret, opprimatque inimici & vltoris violentiam. Ac magna cum dilectione versari ipsum inter puerulos, quorum ad

geli semper vident faciem Patris nostri, qui in cœlis est, & nusquam habitare verius, quam inter mentes Cherubim, id est, Angelicas, quæ deposita mole terrena, & peccati Clitellis, assumptis alis spiritus & verae agnitionis DEI, sive & inuocatione vera, studijs sanctæ pietatis in cœlum subuolant, & Angelorum, quibus post hanc vitam similes erimus, consuetudinem expetunt.

Nec sine graui consilio Arca dicta est illa fœderis & testimonij, Item arca Domini, testamenti & fortitudinis. Est enim Ecclesia DEI iveri, sedes & aureum domicilium, cum quo aeternum pепigit fœdus Euangelij, & huic concredidit verbum & Sacraenta, quæ nobis sunt sigilla iusticiae, fidei, & de voluntate DEI erga nos certò testantur. De hoc fœdere insignis extat promissio Esaiæ 59. Hoc est fœdus meum, cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, deinceps usq[ue] in sempiternum. O aureum fœdus, O diuina promissio, quæ non tantum docet, quæ, & ubi sit Ecclesia, quæ propria sint DEI beneficia, sed & hoc affirmat, perpetuo mansuram esse Ecclesiam & Scholas, ac virgam Aaronis resurgentem assidue, id est, ministerium verbi & Sacramentorum deleri non posse. Pro hoc sanctissimo fœdere gratias agamus DEO, & aeternis laudibus prædicemus ipsius paternam σόγγυη, quod se patefecit, tradidit viuiscas consolationes, ac per uocem spiritus sui colligit sibi semper aeternam Ecclesiam, hanc arcam vere diligit, aurea coruscans

H 5 te ater-

re eterna vita, hic inchoanda, gloria eam ornata  
hanc seruat, & nos quoq[ue] ad societatem huius atque  
cœ vocavit, Testamento & iuramento se se nobis  
obligans, semper aliquem cœtum mansurum esse  
hoc mundo, qui sit custos thesaurorum depositarum  
eternæ, de qua Timotheum monet Apostolus, De  
positum serua. Et Colossensibus scribit, Sermones  
Christi habitet in vobis abunde, in omni sapientia  
docentes & admonentes vos inuicem.

Nec dubitandum est, quin ad vetus tabernaculum & hanc arcam respexerit S. Paulus. Verbo enim habitandi, hic vsus est, ut significet totam Ecclesiam, esse domicilium scriptorum Prophetariorum & Apostolicorum, & ab illa hunc thesaurum custodiri doctrinæ à D E O ipso traditæ, quam cœteræ gentes negligunt, contemptu huius sermonis declarantes, quod non sint pars populi D E I. Vult & hoc, ita versandum esse in studio pietatis, ut in pectore nostro verbum Christi habitet, cogitando, amplectendo, amando, confitendo, & propagando, & ut familiariter nobis nota sit doctrina, ut ita sape, colloquamur cum Christo per Verbum, cum Patribus Prophetis & Apostolis, ut consideremus cum domesticis & familiae nostræ intimis, quos præcipue amamus, & cum quibus omnes nostras curas communicare solemus. Quid, quæso, hoc inhabitationis bono & dignitate thesaurorum excellentius? quod D E I familiaritate & colloquijs maius bonum esse potest? per quod D E V S æternus custos domiciliij sui, impertit nobis suam sapientiam, iusticiam & vitam perpetuam.

Nec mysterio caret, quod mandato diuino,  
non nisi semel singulis annis summo sacerdoti, lice-  
bat ingredi Sanctum sanctorum, cuius interpreta-  
tionem Apostolus tradit: Non in manu facta san-  
cta ingressus est Christus, qua sunt exemplaria ve-  
rorum, sed in ipsum Cœlum, ut appareat in con-  
spectu D E I pro nobis. Significabat igitur hic in-  
gressus anniversarius, summum nostrum Sacerdo-  
tem secundum ordinem Melchisedech, perfectè in-  
trospicere & nosse pectus aeterni Patris, scire ipsius  
iram aduersus peccatum & iusticia rigorem, con-  
scium esse arcani consilij de reconciliatione, &  
causas videre osculi & temperamenti iusticia &  
misericordia diuina. Hac omnia vidit ab aeterno  
summus noster Pontifex, qui & in se deriuando  
iram aeterni Patris, iusticia D E I pro nobis satis-  
fecit, & semel vnica obædientia ingressus in San-  
ctum sanctorum, id est, Cœlum, in conspectu D E I,  
vivit eadem gloria & maiestate, & pro nobis in-  
tercedit.

Sacerdotes etiam quotidie sacrificia sua in  
sacro repetebant, indicantes manifeste his ritibus,  
quod, ut Apostolus loquitur, iuxta conscientiam  
cultorem perfectum reddere non possent, quæ si tan-  
ta efficacia fuissent, ad conciliandam remissionem  
peccatorum, semel oblata, postea desüssent. Quin  
& Pontifex ipse summus, eadem sacrificia in san-  
cto sanctorum repetens, haud obscure significabat,  
sacrificia illa Leuitica, non expurgare peccata,  
aliumque venturum pontificem, qui proprio san-  
guine, semel ingressurus esset Cœlum summum ta-  
ber-

bernaculum, qui apparitus in conspectu D E  
nos cum D E O patre reconciliaturus esset.

Quid dicam de V E L O , quo sciungebat di  
Sanctum sanctorum , à reliquo templo ? Significabat & hoc, interprete Apostolo Ebræ. 9. cap. N dum patefactam sanctorum viam , id est , ad cœlum sanctorum , seu ad ipsum cœlum seu concretum D E I , non patere nobis aditum , nec pater posse per Aaronem , sacrificijs Leuiticis . Cum tur verum sacrificium Filius D E I in ara crucis , velum templi scinditur , ut vel hinc etiā constet , viam nobis patefactam , per summum sacerdotem Christum , in sancta sanctorum gaudio & cœlestis arca contemplationem , omnibusque in ge satisfactum vnica oblatione . Sic multa et alia tentorij vela artificiose contexta , passim spensa aureis columnis , quæ discrimen monstrarunt veteris & noui Testamenti . Et si enim Iuda promissionem habuerunt de Christo , consistit adbuc tabernaculo : tamen luce Euangelijs instrandi in Christo destituti fuerunt . Ac nunc plus nobis adest salus , quam tum , cum credebam velo adbuc ad introitum suspenso tabernaculo .

Sicut autem totius tabernaculi , ita huius Arcæ curam commisit D E V S Sacerdotibus , portando , erigendo & deponendo , vt ex tertio Numerorum videre licet . Ac quoties mutabantur translationes , in deserto peregrinantibus Israëlitis , tota Arca gestata à Sacerdotibus , precedebat populum ut in Numeris cap. decimo legitur . Quam magna vero fuit illud miraculum , quod tempore messis i

Iordanem accessit Populus, quo exundare solebat,  
& siccum transcurrentibus pedestri itinere, præbuit  
iter, arca consistente in medys aquarum, quæ in  
alueum non effusæ sunt, & ad stationem suam re-  
dierunt, nisi arca primum exportaretur. Hac in  
expugnatione Ierichuntina, circumgestata est sex  
diebus, circa urbem, & septimo die muri sponte con-  
ciderunt. Hinc cum Populus venit in terram san-  
ctam, sorte diuisam, Arca illa in Silo deposita est,  
& floruit usq; ad tempora Eli. Ibi enim Israëlitæ  
Dominum consuluerunt, hostias obtulerunt, & de  
statu Regni interrogarunt, eò ascendit Anna ora-  
tionis & sacrificij causa cum sterilis esset, & à  
Domino ab ipsa postulatum, ex voto impetravit.  
Sub Eli vero Sacerdote pugnantibus Philistiniis, ad-  
uersus Israëlitas, magno successu, puniente D E O  
peccata populi sui, Arca illa abducta est à Palestia-  
nis, & mox restituta. Cum enim sede DEI abuterē-  
tur, & sine DEI consilio sese victoria potituros opi-  
narentur, capta est arca, & fugasibi Israëlitæ con-  
culere coacti sunt. Quid hic acciderit, arca cōsistente  
apud gentes, spacio septimestri, in primo Samuelis  
legitur cap. 5. & 6. Hinc ad varia loca translata  
est, nunc collocata est in agro Iosua Bethsemitæ, vbi  
quinquaginta millia hominum perierunt, qui ar-  
cam viderant. Postea à Philistis translata est in  
domum Abinadab Gabaanitæ, mox in domum  
Obed Edom, quem singularibus beneficijs affectit  
Dominus, cum hospitem ageret huius sancti domici-  
li. Regnante Saule constitisse videtur in Gilgal, vbi  
gratulatoria ipse sacrificia Domino obtulit, vt

1. Samue. 11. legimus, vnde & hoc cap. 21. apparet, templum illud tabernaculi, aliquandiu sest in Nobe, vrbe non procul dis̄ita à Ierosolymis, qua dono accepit Dauid propositionum panes. Dauidis vero tempore stetit, cum ad imperium regi vocatus est, in Gabaon, Beniamitarum oppido, h̄ transportauit arcam magna cum latititia. & sensib⁹ omnibus Musicis instrumentis plaustro consecto, in ciuitatem suam, id est, in Sion sive iherusalem. Sed cum in hoc itinere Vsa arcam Deum attigisset, & Dominus eum interfecisset, repente casu consternatus Dauid, apud Getthaeum quendam virum sanctum relict⁹ a est arca Domini, per m̄ gros tres Menses, quem cum benedixisset D E I & hospiti suo multis modis gratitudinem declarat, re comperta, Dauid in suam ciuitatem ei transstulit, magno cum triumpho, in quo ipse etiam præcedens, singulari Sacerdotum habitus, thara canens & saltans, cum Sacerdotibus comitens, suaui Musica compleuit omnia, contemnens Michol, quæ magnam illam humilitatem marito exprobrabat. Cumq; propter Absalonum Arcam multi ex monte Sionio transferendam dicarent, ne tanto thesauro spoliarentur, Dauid mandauit heroico animo, ut in Hierusalem reliqueretur, cum speraret reductionem in Regiam suam.

Extructo vero, maximo & munificentissimo templo, à Salomone iussu D E I, quale nunquam fuit in orbe terrarum, & arcam illam veterem, & tabernaculum, nec non omnia Sanctuarij propria thesauro.

thesaurum verè preciosissimum, singulari pompa  
& magnificientia, in ipsum templum, ab ipso ex-  
structum, transferri & reponi curauit, ita ut ve-  
ctes huius arce nonnihil taberculis suis ex sancto  
sanctorum extarent.

Hac arca multis saepe in periculis abusi sunt  
Israëlia, que quidem non erat instituta, ut in bel-  
lis eius usus esset, vel ut pro DEO haberetur, licet  
nomen DEI gereret, nec ut gratiam & auxilium  
ab ipsa peterent, sed ut esset testimonium, DEM  
ad futurum huic populo, modo seruarent tabulas  
fœderis, huic arce inclusas, soliq; DEO adhære-  
rent, à quo omnia bona expectanda essent, per  
Christum, cuius figuram & umbram Arca prä-  
monstrabat.

Cum vero Nebucadnezar, Ierosolyma urbe  
potitus est, temporibus Zedechiae Regis Iuda, anno  
mundi 3356. templo accenso, & populo abdu-  
cto in captivitatem Babyloniam, arca Domini in  
præcisimul ablata est. Ac verisimile est, in hac  
vastitate sanctæ terræ, arcam una incendijs pe-  
risse, neque unquam restitutam esse, cum nullib;  
restitutionib; eius fiat mentio in sacris literis. Et  
quamvis scriptura commemoret, quæ vas a restitu-  
ta sint templo à Cyro, & quæ rursus Antiochus,  
Sanctuarium Domini ingressus abstulerit: nun-  
quam tamen vel verbo unico, Arce & Thesauro-  
rum impositorum, meminit scriptura.

Hū rectè consideratis, non miremur, Redem-  
ptorem nostrum, dici in nouo Testamento, Propri-  
tationem generis humani. Ipse enim adumbratus

in Lege, solus est thronus gratiae ac i[n]d[ic]atio[n]e p[ro]p[ter] strum, per quod omnium nostra peccata reguntur.  
¶ nos contra Satanam phalanges vera securitatis  
¶ libertate fruimur. De hoc propiciatore dicitur  
Apostolus Rom. tertio capite: Omnes peccaverunt  
¶ carent gloria Dei. Iustificati gratis, per gratiam ipsius, per redemtionem, que est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propter propiciatorem, per ipsum in sanguine ipsius. Hic Filius Dei suauissimum  
voce propiciator dicitur. Per ipsum enim filius  
qui factus est nobis Ιαστος, propiciatio, placatum,  
sive expiatio, habemus reconciliationem cum Deo, donum, & sacrificium, per quod tollitur ira Dei, & totius peccati regnum destruitur. Ad hanc propiciationem & expiationem nostrorum peccatorum, vitetur Christus suo precioso sanguine unica oblatione in ara crucis effusio, que cum fide nobis applicamus, & per hyssopum uenientis nos conspergimus, nos quoque Deo offerimus sacrificium rationale bona fragrantia, & cum Dabo super niuem dealbamur. Nulla est enim victima reconciliationis, qua Deo reconciliamur, quam sanguis, victima & intercessio huius aduocati. Vnde S. Augustinus in maximis conscientiae tribus optime dixit, Turbabor, sed non perturbabis Quoniam vulnerum Christi recordabor.

Egressuris nunc ex Sancto sanctorum, primum occurrit in sancto, mensa aurea, cuius principius erat versus, ut huic imponeretur cibus procerdotibus, duodecim nimirum panes propositi, diuisi in duas partes. Sicut autem ex mensa imp[er]ii

impositis alimentis reficiuntur homines, curas in  
mensa deponunt, & bilares fiunt: Ita mensa san-  
cti ministerij Christum nobis suppeditat, ali-  
mentum vitale, gaudium & exultationem omnium  
credentium. Hæc mensa, quæ in Ecclesia consistit,  
in sanctuario Domini, & in sanctorum commu-  
nione querenda est. Panis impositus mensa, in duas  
partes diuisus alit Iudeos quidem & gentes, ac cum  
sit recens facile famem explet, & famelicos exa-  
turat. Hic panu propositionum & facierum dice-  
batur. Hunc enim panem vitalem & recentem, no-  
bus proponi indies, & oculos versari necesse est.  
Ac sicut hoc sancto pane tantum Sacerdotibus vesci  
licebat, publicè expositis conspectui omnium: Ita  
doctrinam abditam esse non decet, & reclusam  
Religionem Christianam, quæ omnibus fidelibus  
notare esse debet, quibus nunc communii privilegio &  
iure, dignitas Sacerdotalis concessa est. Quin etiam  
Sacerdotes & Leuitas, scholasticos monebat  
D E V S, se panem daturum omnibus liberaliter,  
qui officium suum recte faciant. Ipsi panibus va-  
sculum iheris imponebatur. Qui enim immensis  
Filij D E I fruuntur beneficijs, & pane cœlesti ve-  
scuntur, preces & gratiarum actiones, sine inter-  
missione D E O offerunt.

Eodem in loco candelabrum nobis occurrit.  
Quis sit usus lucernarum in domibus nostris, mani-  
festum est. Hunc enim usum habent, ut omnibus  
luceant, qui nobiscum uno in loco versantur. Ita  
Christus Dominus Sol iusticia, ad hoc datus est, ut  
sit lux mundi omnibus qui ab ipso radios diuinæ lu-

cis & iusticiae expetunt, & ex ipso vero stipite pri-  
deunt cannae & luminaria, quae ab ipso lumen ac-  
cipiunt. Quicquid enim luminis est in ministerio  
Ecclesiae & oculis Christi, id totum est hauriu-  
lum, ex fonte luminis Iesu Christo. Ac sicut om-  
nia huius candelabri aurea sunt: Ita Christus Iesu  
lus est lux nostra & sapientia patris, & id requi-  
rit, ut omnes per eum sint sinceri, & repurgati ab om-  
nibus affectibus carnalibus, de quibus  
per eum, vsu Emundiorum, quae additae erant, purgav-  
erit, ut admonebantur. Sicut enim candelae purgava-  
ntur & emungenda: Ita necesse est pios Eccle-  
siae Doctores subinde respicere ad lucem doctrinae  
accensam, ut reprimantur optimis diuini verbi  
emundorijs, qui veritatem obscurreare student.  
Mensa quoque panis & candelabri, in sancto confi-  
stens extra velum, Christum quoque Euangelio  
predicationem significabat. Etsi enim consistenter  
adhuc tabernaculo, Christus nondum fuit revela-  
tus: semper tamen extiterunt promissiones Pa-  
tribus reuelatae, quae non tantum de Messia lux  
runt inter Iudeos, sed etiam inter gentes, ad quae  
sepe peruererunt Israëlitæ, ita quidem, ut omnes  
fide illas accipientes, veram lucem diuinæ agnitio-  
nis & salutis consecuti sint. Inter mensam, panem  
& candelabrum, stabat ante velum in sancto au-  
rea arathymiamatis, vel incensi. In hac quotidie  
offerebatur incensum, siue suffimentum mane &  
vesperi, semelque in anno, singulari ritu in festo ex-  
piationis. Hæc ynicia ara illius populi Christum si-  
gnificat.

gnificabat, per quem omnes preces in odorem suauitatis oblatæ; D E O placent & exaudiuntur.

TER T I A M Tentorij partem, cum accurate inspicimus, occurrit nobis ænea Holocaustorum ara, qua & vnicæ & sola erat, nec non solium sacrum, sive labrum æneum, collocatum intra relum sancti & aram holocaustorum. In hac ara nemini nisi homini religioso sacrificia offerre licet. Altare hoc nostrum, vnicum & Catholicum Christus est, qui seipsum hostiam obtulit viuentem D E O. Nec est ullum in toto mundo sacrificium, quod peccata, nisi hoc vnicum expiare possit. Nec placent sacrificia D E O, nisi que in ara Christo, per fidem D E O offeruntur.

Labrum æneum significabat dubio procul baptismum novi Testamenti, sanctissimum nostrum lauacrum regenerationis. In illo enim sacra facturi, abluebant sordes manuum, qui coram Domino ministrabant. In hac vero lotione, regeneramur & renouamur, ut per stipulationem bona conscientia, ab omnibus nostris animæ sordibus abluamur.

Quid dicam de ipsis templi ornamentis, parietibus, tabulis, basibus, columnis, rectibus, cortinis sive aulais & alijs partibus Tentorij, quas cū rectè consideramus, id deprehendimus, nihil hic esse otiosum aut contemendum, sed omnia ad usum translata, magnam afferre p̄iis consolationem, in omnibus afflictionibus, & fidem multis modis confirmari, ac satis hinc constat, tot annis ante Christum varijs rationibus depicta esse per Spiritum sanctum,

de persona & beneficiis Propiatoris nostri, quod  
deinde in Nouo Testamento, per Christum qui  
finis legis, perfectissime impleta sunt. Non eni  
nunc per umbras & figuram nobiscum loquim  
D E V S, sed omnia Filio missso exhibuit, quae summa  
cum gemitu, velis tentorij inuoluti, expectabantur  
sancti nostri Patres, exclamantes subinde, Rorant  
caeli desuper, & nubes pluante iustum. Descenderunt  
cum ros in vellus, & sicut guttae irrorantes terram

Quam pulchrum est, quod Columnis rectis  
D E V S, in hoc sancto domicilio. Quid autem aliud  
significant columnae & vectes, quam Propheta  
Apostolos & Doctores Ecclesiae & Scholarum, aliosq;  
viros excellentes, heroico spiritu præditos, qui ad  
unum propiatorum, digitum intendunt, quo  
rum doctrinæ & confessioni Ecclesia innititur &  
fulcitur, que ab Apostolo stabilimentum veritatis  
dicitur, cum in Christo ita munita & stabilitas  
sit, ut unicam illam amplectatur doctrinam  
quam sancti illi homines a Christo hauserunt capi-  
te, & aduersus omnia malorum genera probè fir-  
mata sit. Quid aliud sunt piis omnibus docentes & di-  
scientes, quam columnæ, superantes Saranam, de  
quibus scriptum est in Apocalypsi cap. 3. Qui vice-  
rit, faciam illum columnam, in templo D E I mei.  
Tabulis quoque, basibus suo loco & ordine immisum,  
constitui voluit D E V S, huius tabernaculi parietes,  
ut firmum esset tentorium, & aduersus ventorum  
violentiam muniretur. Haec tabulae deauratae, Eccle-  
siam significabant, quae in omnibus afflictionibus,  
omnibus piis asylum est tutissimum, ita quidem, vi-

omnes qui vero fundamento & basi salutis nostræ  
innituntur, id est, Iesu Christo, aduersus quasvis ten-  
tationes muniti sint, nec vlla creatura à dilectione  
DEI, pios separare possit. Aurum Columnarum,  
mensarum & aliorum ornamentorum & partiū  
tentorij monet hoc quoq; , quarendam & retainen-  
dam esse in Ecclesia veram doctrinam, fidei since-  
ritatem, & huc intendum, ut coniunctis tabularum  
studis & intra eosdem parietes, fidei unitatem re-  
tineamus.

TENTORIA siue aulaea, referto ad studia  
bonarum artium, que in Scholis bene constitutis flo-  
rent, & verè sunt vectes, quibus tabula Ecclesia con-  
iunguntur ab illis, qui Ecclesiam amant, & sine  
Philosophicis studijs doctrinam Ecclesia intelligi  
non posse, aut explicari commodè, rectè iudicant.  
Et hæc quidem studia non minus exornant Ecclesiā  
& prouident generi humano, quam aulaea illa taber-  
naculi. Ac sicut tabula parietum vectibus coniunge-  
bantur, & certe erant bases totius tentorij, nec non  
cortinæ omnes templi, aureis fibulis, ceu in vnam  
texturam coniungebantur: Ita magnum est orna-  
mentum Ecclesiæ, & cum pīj Ecclesiæ Doctores in  
doctrina sunt consentientes, & querunt non distra-  
ctiones, sed adificationem piorum, amant sanctam  
concordiam, & per Charitatem connexi & colli-  
gati, vnum sunt in Christo, & coniunctis studijs Ec-  
clesiam exornare student. Quam multa fuerunt te-  
gumenta huius tentorij? Quid quæso, tanta varie-  
tate operimentorum, ex quibus tectum conficieba-  
tur, significare voluit Spiritus sanctus? certe opinor

significatum esse ipsum Filium D E I , qui optimus  
est munimentum nostrum aduersus omnes affi-  
ctionum insultus & temptationum tempestates , si-  
quidem , ut quantumvis saeviat Satan cum suis , ad-  
uersus Ecclesiam , hæc satis munita sit , sub hoc reatu  
ut nullibi quantumvis valida ventorum aut imbro-  
tempestate concuti aut dissipari posse . Ipse etiam  
Filius D E I ostium fuit unicus huius Terroris , ca-  
per ipsum solum nobis in cœlū aditus patefactus .

Hinc manifestissimum est , quæ fuerint veterum  
& sanctorum Patrum mysteria abscondita &  
anigmata de Christo & Ecclesia , quæ quidem belli  
ita nobis proponuntur , ut sine velo arcam afficeremus .  
& ingrediliceat Sanctum sanctorum , in quo nun-  
regnat Messias noster , unicus noster Propiciator  
verus D E V S & homo , Rex & Pontifex summa  
& unicus , verus mundi Saluator , in quo omnes  
deles habet omnia , quæ ad nostrā salutem spectant .

De his maximis rebus , saepe pios cum Sacer-  
tibus & Scholasticis Leuiticis colloquitos esse credi-  
bile est . Scholas enim , classes Sacerdotum & Leui-  
tarum Tabernaculo coniunxit D E V S , non solum  
ut pecudes ibi maceraret , sed multo magis , ut iuuen-  
tus rectè erudiretur in sincera religione & optimis  
rum rerum studijs , Lex D E I populo enarraretur  
ambigentibus animis responsa darentur , & dogma-  
tum controuersia djudicarentur . Ita semper Eccle-  
sijs mediocriter constitutis , adiuncta fuerunt Scho-  
lae , cum non minus florere & consistere possint , qui  
domus splendide extrecta , sine fundamentis . Ac si-  
cet multa sunt officia venarum & arteriarum .

illa subministrant sanguinem, ha reddunt spiritus,  
& simul coniuncta sunt: Ita Ecclesia & Schola vel  
tam maxime florent, cum pia concordia communi-  
cant operas, & studia ad DEI gloriam coniungunt.

Hac breuiter, vt iam licuit, in tanta temporis  
angustia, de rebus maximis, in hoc novo Gymnasio,  
quod felix & faustum sit, ac salutare huic Ecclesia  
& patriæ nostræ carissima, infantili & balbutien-  
te lingua, exponere volui. Et cum apud nos quoque,  
singulari D E I beneficio, Arca extructa sit Schola-  
stica, vt in hac custodes piarum rerum, & concre-  
diti depositi veræ religionis informentur, & enu-  
triantur, & hinc cœlestis vita hortulus plantetur &  
propagetur. O FILI D E I, qui es propiciatorium  
nostrum, tegumentum, cortina, contignatio & or-  
namentum, nec non tectum firmissimum & tutissi-  
num, ad te confugimus anxys votis, & oramus, ve-  
nos gubernes & protegas omnes in hac Schola præ-  
ceptores & Scholaricos, qui ex sancto baptismo  
lauacro extracti, tibi fidem pietatis & sinceritatis  
morum dederunt. Tu sis perpetuo basis & vectis  
Ecclesia tua, omniumq; Scholarum, in quib. Angelis  
habitant, tu sis nobis Columna, caput, virtus, fons  
vitæ & salutis ostium, ac nos tandem recipe in eter-  
na tua tabernacula, in quibus hoc implebitur,

quod dixit Psalmista, Qui cum lachry-

mis ferunt, cum exulta-  
tione metent,

A M E N.

OCN 85048517

P